13 Cast.—abst.; 15 Cast. s. iuc.; 17 Cens.—arb.; 22—23 Sisenna cens.—occidere.

---

9 sacra (*corr.* E^2) || 9—10 e. t. sacra relligio *etc.* (*vers. hexam.*) *Bue.*: e. t. Romae s. c. (*om.* rel.) *Vahlen., Coniect. p.* 7 || 10 religiose casteque *L* || 11—12 *cf. 119. 4* (*s. v.* gallare); *386. 35* || 11 namque || his *Salmas.* || 14 vis contenaci L^1 || casta: -tas *pro var. lect.* $Me.^1$ || tincta erat v. casta *Meinek.* || 15—16 *cf. 240. 41* (*s. v.* acre) || 16 demittis A^A B^A || acros L^1 || luctus] curas *codd. 240* || 17 arbitrare $L^1 A^A D^A$ || 18 n. e. demum o. *Ribb.* || 19 cum *Mu.* || quo *Ritsch.* || miseriaest *Bue.* || altero A^A: -rum *Mu.* || 21 censent B^A || 22 Cass. Hem.] Sisenna D^A || 24 (-one *Gen.*) || 25 *ηαοης* (*-οση L*) || (referetis B^1).

COICERE est iacere. Vergilius Aen. lib. II (544):

telumque inbelle sine ictu
coniecit.

Afranius Simulante (308):

vellem íntervenissem ánte; nam, ut signa índicant,
hi cóniecere vérba inter sese ácrius.

|| Coicere, confligere, certare. Afranius Simulante (310):

"*te* nólim, mater, mé praesente, cúm patre
coícere." — "non, † sine non vis, mél meum."

|| Coicere, agere. Afranius Materteris (216):

causam coícere hodie ad té volo:
ambón adestis? prófuturos árbitror. ||

|| Coicere, furari, auferre. Afranius Incendio (189):

sérvust mihi Nicásio,
scelerátus, curiósus. is cum fílio ei
coiécerat nescíoquid de ratiúncula.

Lucilius lib. II (25):

quid dicis? cur est factum? quo coicis istuc?

CONTINGERE est tangere. Vergilius Aen. lib. II (239):

funemque manu contingere gaudent.

---

26 Coic. est iac.; 27—28 Virg. telumque—coni.; 32 Coic. colligere certare agere (*cf.* *35*); 7 Cont. e. tangere.

---

30 signant indicant A^A || **31** coniaecere L^1: coniacere A^A: conicere B^A || se: *corr. Iun.* || **32** confligere *Me.*: colligere || **33** te *add. Both.* (*praec.* te) || **34** non sine *om. L* || non vis] novis A^A || nolo si tu non vis *On.*: non si tute non vis *Mu.*: nunc sine, etsi non vis *Both.*: *fort.* non, si noenu vis, mel m. . . || **3** curiosis cum A^A || ei *om.* A^A || **4** coiecerat *Mu.*: coicere ad || latratiuncula (rat) (*pro* latiunc.): *corr. Iun.* || **6** quo *E ante corr.*: quod *rell.*: quor *Mu. in append.* || **7** III.

268 M.

|| Contingere, evenire. M. Tullius *Tusculanarum* lib. V (15): 'quod non modo singulis hominibus, sed potentissimis populis saepe contigit'. Ennius Thyeste (308):

quam máxime mihi hic hódie contigerít malum.

CONFERRE significationem habet manifestam. M. Tullius de Officiis lib. II (2): 'omnis meas curas cogitationesque in eam conferebam'. || Conferre, conserere. Vergilius lib. IX (44):

ergo etsi conferre manum furor iraque monstrat.

|| Conferre, contollere. Vergilius (Aen. IX, 690):

et conferre gradum et procedere longius audet.

|| Conferre, conparare. M. Tullius de Officiis lib. II (6): 'quae conferri cum eorum studiis potest?' || Conferre, trasferre. M. Tullius de Officiis lib. II (6): 'ad hoc nos studium potissimum contulissemus'.

CONFECTVM dicitur occisum, exanimatum. Vergilius lib. XI (823):

hactenus, Acca soror, potui; nunc vulnus acerbum
conficit.

M. Tullius de suppliciis (in Verr. II, v, 140): 'plagis confectum dico a lictoribus tuis civem Romanum ante oculos tuos concidisse'. || Confectum, defessum. Vergilius lib. XI (85):

ducitur infelix aevo confectus Acoetes.

9—11 Cont.—cont.; 13—16 Conf.—monstrat; 19—20 Conf.—pot.; 22 Conf.—ex.; 25—26 M. Tull.—tuis; 27—28 Conf.—Acoetis.

---

9 *add. Me.* || 11 contingit $B^A D^A$ || 12 e qua *Bue.* || mihi max.: *corr. Both.* || hod. hic *Ribb.* || 16 pudor i. *Verg.* || 18 c. manum *Verg.* || procurrere—audent *Verg.* || 22 examinatum D^A || 22—23 (pot.) *cf. 377. 33* || 25—27 *cf. 368. 38* || 26 dici *codd. h. l.* || civem Romanum *Cic.*: P. R. (*pro* C. R., *ut in 369. 1; 271. 26*) || 27—28 *cf. 283. 9.*

Lucilius lib. XXVI (27):

túm doloribús confectum córpus animo obsístere.

M. Tullius de Officiis lib. II (2): 'nec me angoribus dedidi, quibus eram confectus'. || Conficere, frangere.

Lucilius lib. XXVIII (XXIX, 35):

malo hércle vestro cónfectores cárdinum.

|| Conficere, colligere. || Terentius in Phormione (38):

. . id ut confícerem. confeci: ádfero.

M. Tullius ad Caesarem iuniorem lib. I (fr. 5): 'in singulas tegulas inpositis [sescenti] sescenties confici posse'. — et in Verrem actione II (I, 138): 'permagnam eum dicere ex illa re pecuniam confici posse'. — Lucilius lib. XXVI (84):

† non te multitúdinem
tuórum, quam in album índidit tua déxtra, confecít sibi.

|| Conficere, facere. Terentius in Phormione (258):

bonás me absente hic cónfecistis núptias.

M. Tullius in Hortensio (88): 'ea facultas maioribus nostris erat, qui confectis senatusconsultis'. — et Tusculanarum lib. I (22): 'nihil est enim apud istos, quod non eorum turba conficiat'. || Conficere, explicare. M. Tullius de Officiis lib. II (9): 'honestatis pars confecta

---

31—32 M. Tull.—conf.; 9—10 Conf.—nuptias; 14—16 Conf.—notissimam.

---

32 dedi D^A || 2 id ut c. *Ter.*: aut c. (a *pro* it) || conficiat fero || 4 inpotis L^1 || sescenti *om.* $L A^A$: sescentis *C. F. Mueller.* || sescenti et *L ante corr.* || 6 exiliare $L^1 A^A$ || 7 nonne *Duebner.*: *fort.* nocte || 8 indidit (indit L^1) a dextera: *correxi*: indidisti d. *Duebner.* || conficis ibi: *correxi*: confeci tibi *Duebner.* || 13 VI $L^1 A^A$: V B^A || quos $L B^A$ || 14 atomorum t. *codd. Cic.* || 15 honestitatis $L B^A$.

est, quam tibi cupio esse notissimam'. ¦ Conficere, consumere, finire. Terentius in Phormione (839):

ne cum híc non videant mé, conficere crédant argentúm suum.

M. Tullius ad Caesarem iuniorem lib. I (fr. 6): 'bellum, ut opinio mea fert, consensu civitatis confectum iam haberemus'. — Lucilius lib. XXX (50):

conficit ipse comestque.

M. Tullius in Hortensio (81): 'quae est enim confectio valitudinis, quae deformatio corporis?'

CONCEDERE, dare vel permittere. M. Tullius in Verrem actione I (Div. 23): 'da mihi hoc; concede, quod facile est'. — Vergilius lib. VII (305):

concessit in iras
ipse deûm antiquam genitor Calydona Dianae.

Terentius in Adelphis (216):

hui!
metuísti, nunc si dé tuo iure cóncessisses paúlulum.

Lucilius lib. XXIX (XXVIII, 16):

concédat homini id quód velit; deléniat.

M. Tullius de Officiis lib. III (39): 'si negent, omnia turpia per se ipsa fugienda esse concedant'. ¦ Concedere, credere vel consentire. Terentius Phormione (805):

numquamne hódie concedés ‖ mihi
neque intélleges?

14—16 Conf.—notiss.; 24 Conc.—perm.; 27 Virg. concessit in iras; 35—2 Conc.—intelleges.

---

16 qu. quidem t. *codd. Cic.* ‖ 17 ne *om.* (*praec.* ne) ‖ 19 ferret $L^2 A^A$: feret $L^1 B^A$: *corr.* Σ ‖ 20—21 *cf. 81. 30* (*s. v.* comest) ‖ 21 confecit *codd. h. l.* ‖ 22 enim *om.* *L* ‖ 22—23 confessio: *corr.* $E H^3$ ‖ quae enim confectio est val., quae def. coloris et corporis *Augustin. contra Iulian. Pelagian. IV, 14. 72* ‖ 26 VI $L A^A$ ‖ 28 atiquam A^A (*non B*) ‖ 31 si nunc *codd. Ter.* ‖ 32—33 *cf. 278. 11* (*s. v.* delenitus) ‖ 34 neglegent ‖ 36 vel consistere $A^A D^A$ ‖ 1 numquam me hoc die (hodie D^A).

Lucilius lib. XXVII (48):

íd concedere únum atque in eo dáre quo superatúr manus.

‖ Concedere, recedere vel cedere. Terentius in Hecyra (597):

hic vídeo me invisam ésse inmerito: témpus est concédere.

Afranius [in] Incendio (200):

atque étiam incedit hóc: procul concéssero.

Caecilius Titthe (227):

hic dúm abit, huc concéssero.

Cicero Tusculanarum lib. IV (63): 'ut cum magnitudine medicinae doloris magnitudo concederet'.

CONSEQVI significat sequi. Vergilius lib. V (152):

quem deinde Cloanthus
consequitur.

M. Tullius de Officiis lib. III (4): 'ex quo intellegi debet illum mentis agitatione *investigatione*que earum rerum quas cogitando consequebatur neque otiosum nec solum umquam fuisse'. ‖ Consequi, adipisci. M. Tullius Epistula ad Caesarem lib. I (1): 'tunc cum ea, quae es ab senatu summo cum honore tuo consecutus'. — idem in Verrem actione I (6): 'quod ego meo labore et vigiliis consecutus sum'. ‖ Consequi, exprimere, definire. M. Tullius ad Caesarem (11): 'extrema vero nec quanta nec qualia sint, verbis consequi possum'.

5—6 Conc.—conc.; 13—15 Cons.—cons.; 19 Cons. adip.; 22—30 M. Tull. quod—conserere.

---

4 id (*vel* mihi) c. *Corpet.*: in c. ‖ 6 merito ‖ 7 in *om.* $L^1 A^A$ ‖ 8 incendit: *corr. Gulielm., Lips.* ‖ 11—12 ut magnitudini *Cic.* ‖ 12 emedicine *L*: medicae A^A ‖ 13—15 *cf. 381. 15* ‖ 17 agitatione quae (*om.* invest.) ‖ 18 cogitandum ‖ 19—21 *cf. 320. 1* (*s. v.* honor) ‖ 20 tu cum *codd. 320*: tum cum *C. F. Mueller.* ‖ 21 est ab senatus *codd. h. l.* ‖ honere *L* ‖ 23 exp. vel def. D^A.

CONSERERE dictum est miscere. Vergilius Aen. lib. II (397):

multaque per caecam congressi proelia noctem
conserimus.

|| Conserere, inserere. Vergilius Georg. lib. II (37):

iuvat Ismara baccho
conserere.

[Constituere, instituere.] M. Tullius de Senectute (54): 'non consitiones modo delectant, sed etiam insitiones'.

CONVENIRE, placere, constitui. Sisenna Hist. lib. IV (62): 'signum nanctus a Papio, quod inter eos tolli convenerat'. || Convenire, aptum esse. M. Tullius in Hortensio (57): 'nam quod vereris, ne non conveniat nostris aetatibus ista oratio, quae spectet ad hortandum'. || Convenire significat obvium fieri. Terentius in Eunucho (234):

conveni hodie adveniens mei loci quemdam atque ordinis
hóminem.

|| Convenire, videre. M. Tullius de Senectute (83): 'neque vero eos solum convenire aveo quos ipse cognovi, sed illos etiam de **||** quibus audivi et legi et ipse conscripsi'. — Plautus in Asinaria (274):

aétatem velím servire, Líbanum ut conveniám modo.

22—30 M. Tull. quod—conserere; 38—40 Conv.—hom.

---

28 Cons. serere *Guietus* || **31—32** *post 273. 11*: *huc traiec. Quich.* || **32** non E^1: *om. rell.*: nec *Cic.* || constitiones *L ante corr.*: constitutiones *rell.* (*cum L ex corr.*) || institutiones || **33—34** *post 263. 6* (infamatio): *huc traiec. Quich.* || **33** constituere: *corr. Quich.* || **34** papo LB^A: papo (*Gen. ex corr.*) *vel* popo (*Gen. ante corr.*) *vel* papippo (*B*) A^A || quid A^A: qui LB^A: *corr. Iun.* || **35** actum LA^A || **38—39** *cf. 324. 17; 359. 9* || **39** q. m. l. *codd. 359* (*cf. codd. 324*) || **41—1** *cf. 276. 1* || **42** abeo (ad eos *L*) || **42—43** cognovissed L^1: -set A^A || **1—2** *cf. 72. 17* || **2** servere B^A (= *G*): servare LA^A.

271 M.

|| Convenire, colligi, coire. Vergilius Aen. lib. I (361): conveniunt, quibus aut odium crudele tyranni.

M. Tullius in Philippicis lib. III (5): 'cui quidem hodierno die, patres conscripti, nunc enim primum ita convenimus'. || Convenire, constare. Terentius in Phormione (53):

. . conveniet númerus, quantum débui.

|| Convenire, similem esse. Varro Longe Fugit Qui Suos Fugit (245): 'solus rex, solus retor, solus formonsus, fortis, aecus vel ad aedilicium modium, purus putus. si ad hunc charactera Cleophantus conveniet, cave attigeris hominem'. || Convenire, placere, certum fieri. Vergilius lib. XII (183):

cesserit Ausonio si fors victoria Turno,
convenit Euandri victos discedere ad urbem.

M. Tullius de Finibus Bonorum et Malorum lib. V (86): 'vivendi cupiditate incensi omnes sumus; atque hoc mihi cum tuo fratre convenit'. || Convenire, interpellare. M. Tullius in Verrem actione II (I, 126): 'non dubitat quin, *si* ipse Verrem convenisset, aequitate causae, auctoritate sua conmovere hominem posset'. — Lucilius lib. XXIX (117):

haec tum conventus tela insidiasque locavi.

3—4 Conv.—tyr.; 13 Conv.—fieri; 16—21 M. Tull.—sua.

---

3 Conveniri *L* A^A D^A || 6 die e pāc H^3 *ut vid.*: die pāc A^A: d. ēpc *L* B^A (*i. e.* episcopus!) || 7 conveniens A^A || 7—8 Conv.—deb. *om.* A^A || 8 convenit—debuit || 11 fortis secus *L* B^A || modius: *corr. N. Faber* || putis: *corr. Iun.* || 12 huc: *corr. edd.* || *χαρακτῆρα Κλεάνθους Voss. Arist. p. 589* || 13—14 *cf. 250. 46* || 15 *cf. 250. 39* || 16 mal. et bon. L^1 A^A || 17 atque *om. codd. Cic.* || 19 dubitabat *codd. Cic.* || 20 si *om.* || 21 possit *L* B^A: posse A^A: *corr.* E^1 || 21—22 *cf. 340. 28* (*s. v.* locare, parare) || 21 XXVIII *codd. 340* || 22 hic *I. Dousa* || tu—insidiisque (-disque L^1 A^A) *codd. h. l.*: tum—insidiaeque *codd. 340* || locari *I. Dousa.*

CAEDERE est verberibus dedere. Terentius in Andria (199):

verbéribus caesum te ín pristinum, Dáve, dedam . . .

M. Tullius de suppliciis (in Verr. II, v, 162): 'caedebatur virgis medio in foro Messanae civis Romanus'. || Caedere, excidere. Vergilius Georg. lib. I (173):

caeditur et tilia ante iugo levis.

Lucilius lib. XXVII (58):

lígnum caedat, pénsum faciat, aédis verrat, vápulet.

M. Tullius in Hortensio (58): 'aut tibi id ipsum pervertendum fuit, quod tu ne attigisti quidem, aut eius partes quasi membra quaedam caedenda'. || Caedere, occidere vel mactare. Vergilius Georg. (II, 380):

non aliam ob || culpam Baccho caper omnibus aris
caeditur.

et Aen. lib. II (266):

caeduntur vigiles.

Varro in Eumenidibus (125):

Aiax tum credit ferro se caedere Ulixem,
cum bacchans silvam caedit porcosque trucidat.

|| Caedere, inmolare. Plautus in Aulularia (567):

caedéndum conduxi égo illum.

Vergilius Aen. lib. V (96):

caedit quinas de more bidentis.

---

23 Ced.—dedere; 25—26 M. Tull.—foro; 27—28 Ced.—levis; 33—34 Ced.—mact.; 4 Virg. ced. vigiles.

---

23 v. laedere *Quich.* || **26** in m. f. *codd. Cic.* || **27** exc.] scindere (?) *Mu. in append.* || **29—30** *cf. 420. 9* (*s. v.* verrere, mundare) || **29** XXVIII (H^2) *vel* XXVI (*G*) B^A || **6** Aiax tum *Benaeus ap. Passerat.*: maximum || sed || **7** baccha (*seq.* s): *corr. Me.*: baculo *Lachm.* || porcusque *L* || **8—9** *cf. 274. 11* || **10** IIII.

|| Caedere, frangere. Vergilius Georg. lib. III (364):

caeduntque securibus umida vina.

M. Tullius in Verrem actione II (I, 69): 'caedere ianuam saxis, instare ferro'. Lucilius lib. XXIX (47):

caede óstium, Gnatho! úrgue. restant: périimus!

|| Caedere, conmiscere. Lucilius lib. XXX (68):

lana, opus omne perit; pallor, tiniae omnia caedunt.

QVATERE significat percutere. Vergilius lib. VIII (596):

quadripedante putrem sonitu quatit ungula campum.

|| Quatit, infestat. Vergilius lib. IX (608):

aut rastris terram domat aut quatit oppida bello.

|| Quatit, excludit. Terentius in Eunucho (358):

"nímirum" — "homó quatietur cérte cum dónó foras."

|| Quatit, movet. Vergilius lib. X (762):

at vero ingentem quatiens Mezentius hastam.

CONSTAT, valet, consistit. Lucilius lib. XXVI (86):

trádo ergo alias númmo porro, quód mihi constat cárius.

Cicero Tusculanarum lib. I (42): 'animus; qui si est quattuor horum generum, unde omnia constare dicuntur'.

12—15 Ced.—ferro; 27 Const. val. consistit; 30 Cicero quattuor—dicuntur.

12—13 *cf. 380. 34* || **14** actione II B^A: actionem A^A: actione I *corr. ex* actione *L* || **15—16** *cf. 417. 30* (*s. v.* urguere, insistere) || **15** XXVIII *codd. 417* || **16** hostium grato *codd. h. l.* || urguere (-gere) istam *codd. h. l.* || **17—18** *cf. 462. 25* (*s. v.* pallorem) || **18** (lanae *B*) || fallor *codd. h. l.* || **20** quadripedantem LA^A || sonitum LA^A || quate L^1A^A || **21** VIII *L* (*cum B*) || **24** istum (-unc) ipsum, h. *codd. Ter.* || **26** medientius || **27** consistit *ad v. 29 transp. Quich.* || **29** Constat, consistit. Cic. *Quich.*

|| Constitit dicitur stetit. Vergilius Aeneidos lib. IV (252):

hic primum paribus nitens Cyllenius alis
constitit.

|| Constitit, erectus est. Plautus in Amphitryone (233):

. . frémitú virûm; éx spíritu átque anhélitu
nébula cónstát.

Vergilius lib. V (426):

constitit in digitos.

Cicero Tusculanarum lib. I (37 = trag. inc. 75):

. . . "ubi rígida constat crássa caligo ínferûm."

|| Constat, conpositum est. Lucilius lib. XXVI (24):

príncipio || physici ómnes constare hóminem ex anima et córpore
dícunt.

Sisenna Historiarum lib. IV (58): 'multitudinem procul hostium constare viderunt'. || Constat, convenit, manifestum est. M. Tullius ad Caesarem iuniorem lib. II (fr. 19): 'cum constet Caesarem Lupercis id vectigal dedisse. quî autem poterat id constare?' — et Tusculanarum lib. I (40): 'sive quod a gravioribus leviora natura repellantur. quae cum constent'.

CONSTITVERE est proponere, definire. Vergilius Aen. lib. I (308):

hominesne feraene,
quaerere constituit.

34—36 Const.—constat; 40 Cicero ubi—inferum; 4—6 Const.—ded.; 9 Const.—definire.

31—33 *cf.* *353. 23* || **35** et || **37** Constit $L^1 A^A$ (= *Gen.*[1]) || **1** animo *Gulielm.* || **6** constat B^A: constaret *Halm.* || **8** constet B^A || **9—11** *cf.* *258. 17; 290. 29* || **9** proponere $L B^A$: ponere ponere (*Gen.*) *vel* ponere (*B*) A^A: ponere D^A || III $L A^A$.

|| Constituere, retinere, firmare. M. Tullius de Officiis lib. I (122): 'ineuntis enim aetatis inscitia senum constituenda et regenda est prudentia'. || Constituere, parare. M. Tullius in Verrem actione II (I, 65): 'quod ubi erat Philodamo nuntiatum, tametsi erat ignarus, quantum sibi ac liberis suis iam tum mali constitueretur'. || Constituere, erigere. Vergilius lib. VI (216):

et feralis ante cupressos
constituunt.

COLLIGERE, in unum redigere. Vergilius Aen. lib. V (15):

colligere arma iubet validisque incumbere remis.

M. Tullius in Philippicis lib. VI (7): 'succurrendum est D. Bruto; omnes undique copiae colligendae'. || Colligere, reficere. Cicero in Verrem actione II (II, 48): 'sed manifesto furto perturbatus ubi se collegit'. || Colligere, celare, subpremere. Vergilius lib. XII (491):

substitit Aeneas et se collegit in arma,
poplite subsidens.

|| Colligere, auferre. Lucilius lib. XXX (113):

ruis hoc et colligis omnia furtim.

Plautus in Aulularia (312):

quin ípse pridem tónsor unguis démpserat;
collégit, omnia ábstulit praeségmina.

14—15 Const. parare; 17—21 erigere—iubet; 26—27 Coll.—arma; 28—29 Coll.—furtim.

12—14 *post 261. 35*: *huc traiec. Quich.* || 13 inscia A^A || 14 et reg. *Cic.*: exgregenda A^A: excredenda *L*: exercenda B^A || *ante* Const. *stant 270. 31—32* || 16 est *codd. Cic.* || 17 suis lib. A^A || 20 VI || 23 D. Bruto—copiae collig. *Cic.*: de bruto (butro A^A) o. u. coepere colligere || 24 III || 25 tamen—et furto manif. *Cic.* || 28—29 *cf. 380. 8* (*s. v.* ruere, inruere sine cautela) || 29 est *L* || 30—32 *cf 152. 1* || 31 ipsi *codd. Pl.*

CONTINENS est abstinens, integer. M. Tullius ad M. Catonem (ad Fam. XV, 3, 2): 'ut, quae copiis et opibus ferre vix possumus, ea mansuetudine et continentia nostra, ‖ sociorum fidelitate teneamus'. ‖ Continens, coniunctum, continuum. M. Tullius in epistula ad Senatum (ad Fam. XV, 2, 2): 'itaque cum exercitu per Cappadociae partem eam, quae cum Cilicia continens est, iter feci'. — et in Hortensio (87): 'ne in continentibus quidem terris vestrum nomen dilatari potest'.

CVRATVM est sanatum. ‖ Curatum, post laborem refectum. Vergilius (Aen. III, 511):

corpora curamus, fessos sopor inrigat artus.

‖ Curatum, cum dilectu apparatum. Lucilius lib. XXX (XXIX, 87):

et circumvolitant ficetulae, turdi; curatis, coci.

CONDVCERE est, sicuti usu, emere. Plautus in Aularia (567):

caedéndum conduxi égo illum.

Lucilius lib. XXIX (88):

mángo, non magná mercede, mágno quod condúxeris.

M. Tullius de Officiis lib. II (22): 'ut saepe in nostra republica videmus, mercede conducti'. ‖ Conducere, colligere, convocare. Varro Manio (259):

---

33 Cont.—int.; 1—2 Cont.—continuum; 5—6 M. Tull. ne in—potest; 11 Cond.—usu; 15—17 M. Tull.—convocare.

---

33 est a. est i. *L* ‖ 34 catonem catonem *L*¹*B*^A ‖ 35 ferre] tenere *codd. Cic.*: *fort.* facere ‖ 1 teneamur (tun- *G*): -mus *codd. Cic.*; tueamur *ed. a. 1471* ‖ 3 exercitum ‖ 4 partem meam *L*¹*A*^A ‖ ita *A*^A ‖ 5 feci. et in *Me.*: faciet in ‖ 6 est natum: *corr. Me.* ‖ 6 perfectum *L* ‖ 10 ficellae *Mu.* ‖ curati cocis *Mu.* ‖ 11 Cond. emere, *dein post Plauti exemplum,* Cond. est sicuti usu: *corr. Quich.* ‖ 11—12 *cf. 272. 8* ‖ 14 mango *Mu.*: magno (*quod tuetur Keller. V. E. p. 104*) ‖ mercedest *Mu.*

Mánius
máne suscitát; rostrum sub róstra fert, populum ín forum
cónducit.

|| Conducere, convenire. Lucilius lib. XXX (13):

et virtute tua et claris conducere cartis.

|| Conducere, utile esse (Lucil. dub. 1):

sólus vero sóli quid re et quaésti conducát scio.

M. Tullius de Officiis lib. III (101): 'stulte? si rei publicae conducebat? potest autem, quod rei publicae inutile sit, id cuiquam civi utile esse?' — idem de Republica lib. I (49): 'facillimam autem in ea republica esse posse concordiam, in qua idem conducat omnibus'. — Sisenna Historiarum lib. IV (77): 'quid *in* rem publicam suam maxume conducere videretur'.

CONCELEBRARE dicitur conmovere. Lucretius lib. I (3):

quae mare navigerum, quae terras frugiferentes
concelebras.

|| Concelebrare, diffamare: || dictum a celebritate. Lucilius lib. XXX (7):

multis indu locis sermonibu' concelebrarunt.

CREDERE est fidem habere dictis vel factis. Lucilius lib. XXVIII (21):

Hymnís, velim te *mi* íd quod verum est crédere.

19—20 Varro rostra—conducit; 23 Cond. u. esse; 28—29 M. Tull. facillimam—omn.; 4—6 Cred.—credere.

---

19 sub *Turnebus*: sum || rostra adfert (aff.): *corr. Mu.* || **21** (convertere *G*) || **22** (e v. *B, quod tuetur On.*) || **24** suo: *corr. On.* || **25—26** quomodo stulte? etiamne si rei p. cond.? *Cic.* || st. lib. I (*om.* E^1 *ut vid.*: liberi *G*) rei p.: *correxi* || **26—27** in. r. p. *codd. Cic.* || **27** civi *Cic.*: ubi A^A: ibi $L B^A$ || utilem $L^1 A^A$ || **29** esse conc. *cod. Cic.*: posse c. E^1 || **30** in *Ald.*: *om.* || **1** diffamare *Lips.*: diu amare || **5** XXVIII *Mu.*: XXVII $L A^A$: XXVI B^A *ut vid.* || **6** hynnis A^A: *om.* D^A || te mi *On.*: te: tete *Mu.*

275 M.

Vergilius Aen. lib. II (247):

ora dei iussu non umquam credita Teucris.

|| Credere, fidei conmittere. Lucilius lib. XXVIII (24):

vitam ác fortunas cuí concrediderím meas.

|| Credere [est], servandum conmendare. Plautus [in] Aulularia (15):

ubi is óbiit mortem, quí mihi id aurum crédidit.

CONMODARE est mutuari. Lucilius lib. XXVII (30):

cérta sunt, sine détrimento quae ínter sese cónmodent.

M. Tullius de Officiis lib. II (15): 'atque ut dando et accipiendo mutuandisque facultatibus et conmodandis nulla re egeremus'. || Conmodare, cum conmodo dare. M. Tullius ad filium lib. II (2): 'cui ego, quibuscumque rebus potero, libentissime conmodabo'.

CAPTARE, capere. Lucilius lib. XXVII (32):

quódsi paulispér captare atque óbservare haec vólueris.

COGNOSCERE est audire, aestimare. Lucilius lib. XXVI (XXVII, 33):

rém cognoscas símul et dictis ánimum adtendas, póstulo.

Pomponius Sponsa Pappi (167):

pól magi' curabo, úbi cognorint, ómnes una adséntiant.

9—14 Cred.—comm.; 15—16 M. Tull.—facult.; 17—21 Comm.—aestimare.

---

8 diei iusso A^A (*non B*) || nonnumquam: (*corr.* H^2EB) || 10 crediderim D^A || 11 est *om.* $A^A D^A$ || serv. committere D^A || in *om.* L^1 || 11—12 *cf. 359. 29* || 12 morte D^A || quid mihi in a. *codd. h. l.* || 16 metuandisque f. L^1A^A: mutuandis f. D^A: mutandis que f. *codd. Cic.* || commodantis LA^A || 17 C. c. commoda d. A^A: C. conmodum dare *Mu.* || 18 rep. (*sic*) potero A^A *ut vid.* (re potero *Gen.*[1]; re perpotero *Gen.*[2]: repertis potero *B*): perpotero D^A || 19 C. c. Captare, observare. Luc. *Quich.*: *fort.* C. animo c. *vel* C. aure c. || 21—22 *cf. 238. 12* (*s. v.* adtendere) || 21 XXVII *codd. 238* || 22 cognoscat *codd. h. l.*: *corr.* H^3 || 23—24 *cf. 469. 23* (*s. v.* adsensit) || 24 pol emagis: pol mage *Both.*

Terentius in Andria (49):

eo pácto et gnati vítam et consiliúm meum
cognósces.

Vergilius Georg. lib. I (177):

ni refugis tenuisque piget cognoscere curas.

|| Cognoscere, nosse vel perspicere. Vergilius lib. IX (245):

venatu adsiduo et totum cognovimus amnem.

idem Georg. lib. II (226):

nunc quo quamque modo possis cognoscere dicam.

M. Tullius in Hortensio (26): 'unde autem facilius quam ex annalium monumentis aut bellicae res aut omnis rei publicae disciplina cognoscitur?' — idem [et] de || Senectute (83): 'neque vero eos *solum convenire aveo quos* ipse cognovi, sed illos etiam de quibus [et] audivi et legi et ipse conscripsi'. || Cognoscere, agnoscere. Vergilius in Bucolicis (IV, 60):

incipe, parve puer, risu cognoscere matrem.

M. Tullius de Republica lib. I (inc. 4): 'cognosce mehercule, inquit, consuetudinem istam et studium sermonemque'. — Varro Sesqueulixe (471): 'vereor ne me quoque, cum domum ab Ilio cossim revertero, praeter canem cognoscat nemo'.

CONPETERE significat quod est honorem vel coniugium vel quidvis aliud adversus alium petere. unde conpeti-

---

26—27 Ter. eo—cogn.; 30—31 Cogn.—amnem; 34—36 M. Tull.—cogn.; 10—16 Comp.—competere.

---

27 cognoscis || 28—29 *cf. 411. 38* || 29 ni] non A^A (*non B*) || 30 prespicere $L\ A^A\ B^A$: prosp. D^A: (*corr. B*) || 30—31 *cf. 230. 4* || 31 venati D^A || 36 disciplinae (-ne): *corr. Gen.*[3] || et *om. E* || 1—2 *cf. 270. 41* || eo (*sic*) ipse *omissis mediis codd. h. l.* || 2—3 de q. et audivi legi (-ge) $L^1 A^A$: de q. audivi et legi *codd. 270* (*cum codd. Cic.*) || 7—9 *cf. 247. 29* || 8 venero *codd. 247*: revenero (?) *Mu.* || 10 quod est *om.* D^A || vel c. *om.* L^1 || 11 aliud *ed. princ.*: aliquid.

276 M.

tores, ut saepe. ‖ Conpetere, par esse vel simile. unde et in aestimatione rerum «hoc illi conpetit» dicimus. ‖ Conpetere, rei cuiusque meminisse aut constanter valere. Sallustius Historiarum lib. I (136): 'sic vero, quasi formidine adtonitus, neque animo neque auribus aut lingua conpetere'.

INCIPIT PER D LITTERAM.

DAMNARE est damno adficere. unde et condemnare dictum est. e contrario nullo damno adfectum indemnem probamus. ‖ Damnare est exheredare. Lucilius Satyrarum lib. XI (22):

Cassiu' Gaius hic operariu', quem Cephalonem
dicimu', sectorem furemque, hunc Tullius, inquam,
index heredem facit, et damnati alii omnes.

‖ Damnari, necessitate constringi. Terentius in Phormione (422):

tuus ést damnatus nátus, non tu.

‖ Damnare est et morti dare. Vergilius Aeneidos lib. IV (698):

nondum illi flavum Proserpina vertice crinem
abstulerat Stygioque caput damnaverat Orco.

Accius Armorum Iudicio (153):

maiór erit luctus, cúm me damnatum aúdiet.

10—16 Comp.—competere; 18—20 Damn.—exheredare; 24—26 vel nec.—dare; 29—2 Acc.—damnatus.

---

12 ut saepe *om.* D^A ‖ inde: *corr.* D^A (*cum B*) ‖ 13 dic. h. i. comp. D^A ‖ 14 constare, val. *Mu.* ‖ aut const. val. *om.* D^A ‖ 17 *om.* A^A ‖ 19 est *om.* L^1 ‖ 19—20 i. ponimus (?) *Mu.* ‖ 22 sextorem B^A ‖ furiumque: *corr. Scal.* ‖ inquam *Quich.*: quem: Quintus *Lachm.* ‖ 23 facit at da. *Scal.*: fecit, da. *Mu.* ‖ 24 Damnare: *corr. Quich.* ‖ 28 caput] canum A^A ‖ 29 Damnare, condemnare *add. Mu.* ‖ 30 luc.] hel . . . tus L^1.

M. Tullius in Verrem actione I (2): 'reus in iudicium ‖ adductus est Verres, homo vita atque factis omnium iam opinione damnatus'. ‖ Damnare et Condemnare pro liberare positum est. Titinius Veliterna (152):

fortasse vótum fuisse, quó die libér foret.
núnc eius voti cóndemnatust: ínmolavit hóstiam.

Vergilius lib. XII (727):

quem damnet labor aut quo vergat pondere letum.

Turpilius in Leucadia (127):

et ámplius *iam* illam ápparare cóndecet,
quandóquidem voti cóndemnata est.

Vergilius in Bucolicis (V, 80):

damnabis tu quoque votis.

Sisenna Historiarum lib. IV (100): 'quod voto damnati fetum omnem dicuntur eius anni statim consecrasse'. Cicero Tusculanarum lib. V (4): 'rerum naturam quam errorem nostrum damnare malumus'.

DELICERE est inlicere. Titinius Quinto (99):

quod eó parasitus hábeat, *ut* qui illúm sciat
delícere et noctem fácere possit dé die.

Lucilius lib. XXX (42):

nemo istum ventrem pertundet delicietque,
ut veniatque videbit?

29—2 Acc.—damnatus; 17—19 Del.—die.

---

1 abductus ‖ C. Verres *Cic.* ‖ 3 est *del.* (?) *Mu.* ‖ 4 f. ei *Ribb.*: *fort.* fortassis ‖ 5 cond. est: *del.* est *Sciop.* ‖ 9 et iam plus *Σ* ‖ iam *add. On.* ‖ etiam (et iam *Bue.*) plus illanc *Quich.*, *Mu.* ‖ apparere: *corr. Σ* ‖ 13 quo *Victorius* ‖ 15 Damnare, accusare. Cic. *Quich.* ‖ 15—16 quam merorem $L A^{A}$ ‖ 18 ea: *corr. E* ‖ ut *add. Neukirch.* ‖ quilum sc. $L^{1} A^{A}$ (satiat *B*): qui illum sc. B^{A}: quod illum sc. E^{1}: qui illam sc. D^{A} (*cum B*): illum qui sc. *Mu.*: qui illum sat sc. *Ribb.* ‖ 20—22 *post v. 38*: *huc traiec. Mu.* ‖ 21 Delicere, inludere (*vel* decipere) *add.* (?) *Mu.* ‖ i. in v. B^{A} *ut vid.* ‖ 22 ut veniatque *Mu.*: uti (ut A^{A}) uia atque (*pro* ūiatque) ‖ -bit *scripsi*: -bis.

DEFENDERE, vindicare, tueri. || Defendere, depellere. Vergilius in Bucolicis (VII, 47):

solstitium pecori defendite.

Ennius Achille (1):

sérva cives, défende hostes, cúm potes deféndere.

DELICA est aperi et explana. Titinius in Quinto (102):

quíd istuc est aut quíd istic sibi vult sérmo? mater, délica.

idem Prilia (82):

tibin comoédiam,
quáe sciam, non délicem?

Caecilius Obolostate (126):

"si linguás decem
habeám, vix habeam sáti' te quî laudém, Lache." —
"immo véro haec ante sólitus sum." — "*res* delicat."

Accius in Achille (1):

qua re ália ex crimine ínimicorum effúgere possis, délica.

DELENITVS, ad nostram consuetudinem: placatus. || Turpilius in Demetrio (29):

vide mírum ingenium ac délenificam múlierem!
commórat hominem lácrimis.

---

28 Del.—expl.; 37—38 Acc.—del.; 39 Del.—placatus.

---

23 Def. vind. (vind. Def. L^1) depellere (*om.* A^A) V. in B. s. p. d. Defendere (Dedf. *L*) tueri (etueri L^1) depellere (Def. debellare veri A^A): *corr. Quich.*: Def. vind. tu. Verg. in Buc. (VII, 6) dum teneras defendo a frigore myrtos. Def. dep. *On.* || **26** in ach. A^A || **28** et *del. Mu.* || **28—29** *cf. 98. 8* || **29** istucessa ut A^A || vulsi se. A^A || **31** tibine comediam LB^A: tibi nego mediam A^A: tibin ego medelam *Bue.* (remedium *Ribb.*: mediam *On.*) || **32** que L^1: quem A^A: quam B^A: quom *Ribb.* || **34** dete: *corr. Bentin.* || **35** ache: *corr. Passerat.* || **36** *cf. 98. 7* || res *om. codd. h. l.* || **37—38** *cf. 98. 4* || **38** alias D^A || *post v.* 38 *stant vv. 20—22* || **39** c. dicitur pl. D^A || **2** virum *L* || ingenitum A^A || delenifica mulierem: *corr. edd.*: -um mulierum *Iun.*

|| Delenitus, delectatus. M. Tullius ad Cassium lib. I (ad Fam. XV, 16, 3): 'iam biennium est cum virtuti nuntium remisisti, delenitus inlecebris voluptatis'.

Lucilius lib. XXX (49):

praeservit, labra delingit, delenit amore.

|| Delenitus est mente alienatus. Plautus in Amphitryone (844):

délenitus súm profecto, ita út me, qui sim, nésciam.

Lucilius lib. XXVIII (16):

concédat homini id quód velit, deléniat,
corrúmpat prorsum ac nérvos omnis éligat.

Titinius Prilia (70):

verum énim dotibu' delíniti ultro etiam úxoribus ancíllantur.

DEGERE est agere. Lucretius lib. II (16):

degimus hoc aevi quodcumque est.

|| Degere est etiam minuere. Plautus in Aulularia (165):

núnc ego istum, sorór, laborem dégam et deminuám tibi.

|| Degere est detrahere. Plautus in Epidico (65):

deagitur córium de tergó meo.

4—6 vel delect.—voluptatis; 9—10 Del.—nesc.; 16—22 Deg.—exhibere.

---

5 b. aut triennium est *Cic.* || 8 l. delicit (*cum ras. supra* i *pri.* L^1): *corr. Turnebus*: delicit et *Quich.* || 9 Plautus *om.* L^1: Plautus in *om.* A^A || 11—12 *cf. 269. 32* (*s. v.* concedere) || (11 XXVIIII *B cum codd. 269, 301*) || 12 vult *codd. h. l.* || 13 *cf. 301. 8* (*s. v.* eligere, defetigare) || prorsus (*cum codd. 301*): (*corr.* G^1) || ac *del.* (?) *Mu.* || nec uos A^A || 14—15 *cf. 72. 1* (*s. v.* ancillantur) || 15 -lin- $A^A B^A$ (= *G*): -len- *L* || 17 degitur *codd. Lucr.* || 18 est *om.* D^A || 21 deagitur $L^1 A^A H^3$: degitur $B^A D^A$ (*cum B*): detegetur *codd. Pl.*: degetur *Pius*: *fort.* deagetur.

DARE, exhibere. M. Tullius de signis (in Verr. II, IV, 48): 'Gn. Pompeius est Philo, qui fuit in Tyndaritano; cenam isti dabat aput villam'. — Terentius [in] Heautontimorumeno (455):

. . namque ei unam cénam atque eius cómitibus dedí.

|| Dare, facere. Vergilius Aen. lib. I (79):

tu das epulis accumbere divûm.

et lib. III (77):

inmotamque coli dedit et contemnere ventos.

|| Da significantiam habet manifestam. idem Vergilius Aen. lib. III (85):

da propriam, Thymbraee, domum.

|| Da, dic. Vergilius in Bucolicis (I, 18):

sed tamen iste deus qui sit, da, Tityre, nobis.

etiam lib. VI (65):

tuque, o sanctissima vates,
praescia venturi, da, non indebita posco.

Terentius in Heautontimorumeno (10):

nunc, quam ób rem has partis dídicerim, paucís dabo.

1 Lucilius || lib. XXX (12):

si liceat facere et iam hoc versibu' reddere quod do.

16—22 Deg.—exhib.; 27—28 Dare—div.; 31 Da—man. id est dic; 34 sed—nobis.

---

22 D. est ex. *DA* || 23 GR̃ *AA* || fu. Tyndaritanus; is c. *Cic.* || 23—24 (cen.—vill.) *cf. 523. 4* || cenam isti dabat apud villam in Tyndaritano *codd. 523* || 24 in *om. AA* || 25 ieiunam: *corr. H*[3]: unam ei *Ter.* || 29 IIII *L AA* || 30 d. i. coli *L BA* || 31 man. id est (idem *L cum B*[1]) dic || 31—32 *cf. 361. 33* || 33 Da id est dic *Mu.* || 35 etiam in *BA*: et in *Mu.*: et Aen. *Me.* || 39 numquam.

et lib. XXVIII (XXIX, 39):

persuáde et transi, vél da, quam ob rem tránseas.

|| Dare, adscribere. M. Tullius in Verrem, Divinatione (35): 'ego etiam quae tu sine Verre conmisisti, Verri crimini daturus sum'. || Dare, ostendere. Lucilius lib. XXVI (26):

ánimo qui aegrotát, videmus córpore hunc signúm dare.

|| Dare, praebere. Lucilius lib. V (28):

sicuti cum primus ficos propola recentis
protulit et pretio ingenti dat primitu' paucos.

DEPONERE est ponere. Vergilius in Bucolicis (III, 32):

de grege non ausim quicquam deponere tecum.

M. Tullius (de Off. II, 4): 'existimavi honestissime molestias posse deponi, si me ad philosophiam rettulissem'. || Deponere est conmendare. Accius in Erigona (51):

hóspitem depósitam interemes?

Afranius Epistula (130):

amáre, habere púerum depositúm foris.

M. Tullius de Officiis lib. III (95): 'ergo et promissa non facienda nonnumquam neque semper deposita reddenda'. || Deponere est alienare. Plautus in Aulularia (575):

ut mé deponat víno, eam adfectát viam.

---

16 Dep. e. commendare; 20—25 M. Tull.—dicuntur.

---

4 pervade *Mu.* || 5—7 *cf. 248. 31* || 6 s. Verrem $L^1 A^A$ || 7—11 (Dare—paucos) *post 281. 11*: *huc traiec. ed. princ.* || 8 que aegr. vidimus: *corr. Gulielm.* || 9 praebere *On.*: petere || 9—11 *cf. 154. 23* (*s. v.* primitus) || 10 primos *codd. 154* || 11 pirotulit: *corr.* $E H^3$ || 13 quiquam $L^1 A^A$ || 14 honestissimas: -me meas (?) *Mu.* || 15 deponissime A^A: deponi nisi me $L B^A$ || retulissent || 17 (hospitam *B*) || deposita B^A: -tum (?) *Mu.*

|| Deponere est desperare: unde et depositi desperati dicuntur. Lucilius Satyrarum lib. III (65):

Symmachu' praeterea iam tum depostu' bubulcus
exalans animam pulmonibus aeger agebat.

Vergilius lib. XII (395):

ille ut depositi proferret fata parentis.

Accius in Tereo (636):

Tereús indomito móre atque animo bárbaro
conspéxit in eam amóre vecors flámmeo,
depósitus facinus péssimum ex deméntia
confíngit.

idem in Alphesiboea (73):

etsi est ín malis
depósitus animus [meus], quaé scibo, exinde aúdiet.

M. Tullius in Verrem actione II (I, 5): 'itaque mihi videor, iudices, magnam et maxime aegram et prope depositam rei publicae partem suscepisse'. — Caecilius in Obolostate (121):

depositús modo
súm anima, vitá sepultus súm.

DESTITVI est desolari. || Destitui rursum statui. Naevius in Gymnastico (52):

in álto navem iúbeat || destitui ánchoris.

20—25 M. Tull.—dicuntur; 36—37 Acc. etsi est—meus; 38—40 M. Tull.—susc.; 43—3 Dest.—se.

---

24 desperati] desperare L^1 || 26 pretere L^1 || 27 *cf. 38. 25* (*s. v.* expirare) || exspirans *codd. 38* || 32 c. ut eam *Mu.*: c. inde *On.* || flammeo *Iun. in marg.*: flammeos || 37 meus *del. Both.* (*praec.* mus) || quae sunt cibo *E* || ex me *Voss.*: *fort.* ea exinde || audies *Me.* || 38 I B^A: *om.* $L^1 A^A$: (V L^3) || 39 iudices *om. codd. Cic.* || 41—42 *fort. bacch. metr.* || 42 animo *Ribb.* || vivos sep. *Mu.* || sum *secl. Ribb.* || 1 iubet: lubet ei (?) *Mu.* || iu. in a. n. *Mu.*

Caecilius in Symbolo (195):

destítuit omnes sérvos ad mensam ánte se.

DEDICARE est dicare. Indicare, Accius in Alphesiboea (78):

át vereor, cum te ésse Alcmeonis frátrem factis dédicas.

Caelius in Annalium lib. I (9): 'legati, quo missi sunt, veniunt, dedicant mandata'.

DICERE, constituere. Terentius in Andria (102):

placuít; despondi. hic núptiis dictúst dies.

|| Dicere, denuntiare. Lucilius lib. XXVIII (9):

minitári aperte cápitis dicturúm diem.

Terentius in Andria (204):

sed dicó tibi,
ne témere facias.

|| Dicere est indicare. Vergilius in Bucolicis (III, 1):

dic mihi, Damoeta, cuium pecus?

|| Dicere, dicare. Vergilius lib. VI (138):

Iunoni infernae dictus sacer.

|| Dicere, destinare. M. Tullius de Officiis lib. III (45): 'et is qui morti addictus esset, paucos sibi dies con-

---

43—3 Dest.—se; 11 Dic. est den.; 14—16 Ter. sed—ind.; 18—19 Dic.—sacer.

---

3 mesam A^A (*non* *B*) || 4 Ded. est dicare . m . accius (. m . tullius accius $L\,B^A$): *correxi. In archetypo fuerat* Ded. est dicare m dicare accius (M *pro* IN) || M. Tullius * * * Dedicare indicare Accius *Mu.* || 6 esse *del. On.* || almeonis: Alcim. *Ribb.* || dedicat (indicat L^1): *corr. Both.* || 7 caecilius: *corr. Me.* || in *del.* (?) *Mu.* || 10 despondit hinc (hunc B^A) || 12 minutari *L* || 18 D. etiam d. D^A || 20 defunare A^A (fu *pro* sti) || 21 his $L\,A^A$ || adductus A^A || dies *om.* A^A.

mendandorum suorum causa postulavisset'. || Dicere etiam promittere. Pomponius in Pistoribus (117):

"númmos certos dícas." — "dico quínquaginta mília."

Sallustius Hist. lib. II (80): 'eodem anno in Macedonia Gaius Curio principio veris cum omni exercitu profectus in Dardaniam *a* quibus potuit pecunias Appio dictas coegit'. — Afranius in Vopisco (354):

igitúr quiesce; et quóniam inter nos núptiae
sunt díctae, parcas ístis verbis, sí placet.

idem Fratriis (159):

dat rústico nescíocui, vicinó suo,
perpaúperi, cui dícat dotis paúlulum.

Pacuvius in Hermiona (167):

príu' data est quam tíbi dari dicta aút quam reditum est Pérgamo.

Varro Mysteriis (330): 'init virgo, dos a femina ut auferatur. quae mihi posteaquam ad Concordiam dicta est'. || Dicere, dare. M. Tullius de Officiis lib. II (69): 'conmode autem, quicumque dixit pecuniam'. ||

DIGNATVS significat dignus habitus. Vergilius [lib. III] (475):

coniugio, Anchisa, Veneris dignate superbo.

22—23 Dic. etiam prom.; 29—30 Afr. igitur—pl.; 1—2 Dign.—superbo.

---

23 Pictoribus *Me.*: Pistore; ĭbus *Mu.*: *licet etiam de* Piscatoribus *cogitare* || 25 III A^A || 27 darniam A^A || a *add. Mu.* || q. po. modis pe. *Carrio 'ex cod.'* || appia $L A^A$: *om.* B^A: *corr. Roth.* || 29 quiesce et *Lips.*: quiescet $L A^A B^A$: quiesce D^A || 32 da: *corr. Me.*: det *Lips.* || 36 in id || iurgo *Popma* || dos a *om.* A^A || 37 adf. (?) *Mu.* || 1—2 *cf. 286. 31* || lib. III *om.* $L A^A D^A$.

Accius in Neoptolemo (474):

sed quém mihi iungent? cuí, quae cum illo fúerim, dignabór dari?

idem in Atreo (231):

égone Argivûm impérium adtingam? aút Pélopis dignér domo?
quoí me ostendam? quód templum adeam? quem óre funesto ádloquar?

Cicero in Oratore (64): 'quamquam enim omnis locutio oratio est, *tamen unius oratoris locutio hoc proprio dignata nomine est*'. — *idem de Oratore lib. III* (25): 'quae tamen consimili laude dignantur'.

DOMINVS dicitur cui servitur. Vergilius Aen. lib. I (282):

Romanos rerum dominos gentemque togatam.

|| Dominus rursum appellatur convivii exhibitor. unde et dominia convivia. Lucilius Satyrarum lib. VI (30):

qui te bonu' Iuppiter, inquit
Crasso Muciu', cum cenabat . . . . .
. dominum fortem.

idem lib. XIII (12):

. . . primum domini atque sodalicia omnia
tollantur.

---

4 iunget *L ante corr.* || cui q. c. i. f. *Me.*: tuique tu illo fuerint || digna bona tibi A^A || 6 Pelopia *Voss.* || 7 quoi *Lips.*: quo || adeant L^1 || quaemore (-ne A^A) || funeste A^A || alloquar *Me.*: conloquar (coll.) || 9—10 tamen—oratore lib. III *om.* (*propter homoeotel.*) || 10 signata *codd. Cic.* || 11 qua et a me A^A || dignentur *Cic.* || *post hunc v. seq. 279. 7—11* || 15 domini ad convivia *L* A^A || 17 mucium: *corr. I. Dousa* || 17—18 cum quo c. d. ornet *Lachmann.* || 20 dominia *L* B^A, *quod tuetur Havet.* (*Rev. Phil. 1890, p. 29*): domina (*'ut Accii* augura *pro* auguria') *Mu.* || 20—21 i p.— omnia tollant *Mu.*

Turpilius Philopatro (185):

forte eó die
meretrícis ad me délenitatae Átticae ut convénerant
condíxerantque cénam aput me, Tháis atque Erótium,
Antíphila, Pythiás, ego extra cúbui domina . . .

Varro Papia Papae, περὶ ἐγκωμίων (374): 'dominum convivi, vinum aliudve quid mi laudato'. — Sallustius Hist. lib. III (83): 'alter scriba Maecenas in imo, medius inter Tarquitium et dominum Perpennam'. — M. Tullius in Verrem, Frumentaria (II, III, 9): 'ornari || argento dominia vestra'. — Varro in Endymionibus (102): 'discumbimus murrati. dominus maturo ovo cenam committit'. || Domini etiam mulierum amatores. || Dominus, maritus. Vergilius Aeneidos lib. IV (213):

conubia nostra
reppulit ac dominum Aenean in regna recepit.

DELIBERARE est dubitare. Terentius in Phormione (457):

ego ámplius delíberandum cénseo.

|| Deliberatum, conplacitum vel definitum. Turpilius in Philopatro (180):

certum ác deliberátum est me illis óbsequi.

8—13 Del.—separatio.

---

24 delin. A^{Δ}: delenificae *Iun.* || ut Att. *Grautoff.* || convenerat (cum v. LB^{Δ}): *corr. Iun.* || 25 quo (quod LB^{Δ}) dixerant quae (que L^{1}): *corr. Iun.* || 26 Lais *add. Ribb.* || exira A^{Δ} || accub. (?) *Mu.* || dominium *Mu.* || 28 quidni? l. *Gifanius, Popma*: *fort.* quid ni l. || 29 alter scriba Maecenas *Serv. ad Aen. I, 698*: alteri (alter B^{Δ}) scribam et cenas (caenas) || 30 Tarquitium *Kritz.*: -nium (*cum codd. Serv.*) || Perpernam *codd. Serv.*: Perpenna || 1 frumentaria adria arg.: frum. arg. (*del.* adria) *ed. princ.*: *correxi* || 2 dominos vestrae || 3—4 *cf. 249. 6* (*s. v.* conmittere, initiare); *349. 13* (*s. v.* maturum, mite, coctum) || 3 mussati: *corr. On.* || 3—4 dom. mandarenam com. *codd. h. l.* || 4 Dom.—am. *secl. On.*: *post* am. *lacunam sign. Mu.* || mul.] maliorum L^{1} || 10—12 *cf. 429. 19* (*s. v.* cogitare et deliberare.)

DISCRIMEN, divisio, separatio. Cicero de Finibus Bonorum et Malorum (II, 44): 'homo et acutus et diligens Chrysippus non contemnit totumque discrimen summi boni in earum conparatione positum putat'. || Discrimen est periculum. Vergilius Aeneidos lib. I (204):

per quot discrimina rerum
tendimus in Latium.

|| Discrimen rursum separatio, a discernendo, unde [discriminale] et discerniculum dicitur acus, quae capillos a media fronte disseparat. — Sallustius Hist. lib. I (126): 'Sertorius portis turbam morantibus et nullo, ut in terrore solet, generis aut imperii discrimine per calonum corpora ad medium quasi, deinsuper adstantium manibus in murum adtollitur'. — Vergilius Aen. lib. I (574):

Tros Tyriusque mihi nullo discrimine habetur.

M. Tullius in Philippicis lib. XII (23): 'Etruriam discriminat Cassia'. — Lucilius lib. XXIX (8):

et amábat omnes; némut discrimen nón facit,
neque sígnat linea álba.

|| Discrimen, certamen. Vergilius lib. V (154):

post hos aequo discrimine Pistrix
Centaurusque locum tendunt superare priorem.

8—13 Del.—sep.; 15—22 Cic. Crys.—disseparat.

---

13 sep. *del. Mu.* || 14 actus A^A || 16 in eam rem rerum $L\,A^A B^A$: in ea rerum D^A || 17—19 *cf. 410. 33* || 18 tot E (*cum Verg.*) || 20—21 unde discriminale et discernic. E: unde et (etsi L^1) discernic. *rell.* || 22—25 *cf. 530. 26* (*s. v.* deinsuper) || 23 fortis: partis *codd. 530*: *corr. Me.* || turba mor.: turbam or. *codd. 530*: *corr. Me.* || 24 discrimen A^A || 26 tyriosque: *corr. E* || agetur *Verg.* || 28 cassius || 29 (nem.)—30 *cf. 405. 15* (*s. v.* signare, discernere, separare) || 29 nam ut (*om.* nam A^A): *correxi* || 31 (aeq.)—33 *cf. 411. 7* || 32 hoc $A^A L^2$ || equod d. L^1: eo quod d. A^A.

DVCI, delectari vel avocari. M. Tullius de Finibus Bonorum et Malorum lib. V (42): 'dantque se ad ludendum fabellarumque || auditione ducuntur'. || Ducere, pati. Vergilius Aen. lib. IV (560):

nate dea, potes hoc sub casu ducere somnos?

|| Ducere, nudare, exerere. Vergilius lib. XII (377):

ille tamen clipeo obiecto conversus in hostem
ibat et auxilium ducto mucrone petebat.

|| Ducere, excitare. M. Tullius in Verrem actione II (II, 143): 'quod siquem statuae magno opere delectant, siquis earum honore aut gloria ducitur'. || Ducere, consuetudine quam significantiam habeat, claret; sicut Vergilius Aen. lib. XI (85):

ducitur infelix aevo confectus Acoetes;

et multa talia. || Ducere, inlicere, inducere. M. Tullius de Officiis lib. II (21): 'postremo pretio aut mercede ducuntur'. — et de Senectute (26): 'sic adulescentes senum praeceptis gaudent, quibus ad virtutum studia ducuntur'. || Ducere, extruere, erigere. Vergilius Aen. lib. I (423):

pars ducere muros
molirique arcem.

|| Ducere, existimare, iudicare. Varro Sexagesi (499): 'avidus iudex reum ducebat esse *κοινὸν Ἑρμῆν*'.

8—9 Duc.—claret; 11 Duc. inl. ind.; 13—16 M. Tull. sic—iudicare.

34—1 *cf. 113. 16; 191. 4* || 1 fellarumque $L^1 A^A$ || dicuntur L^1 || potiri *Mu.* || 8 et siquis *codd. Cic.* || 9 clareat *L ante corr.* || XII || 9—10 *cf. 268. 27* || 10 aquiaetes A^A: adquietes *L*: acoetas *E*: aletes B^A || 13 senuum $L^1 A^A$ || 14 struere: *corr. Mu.* || 13—15 *cf. 240. 19; 346. 17* || 17 coeno A^A.

Vergilius lib. X (668):

tanton me crimine dignum
duxisti?

M. Tullius in Verrem, in Divinatione (66): 'clarissimi viri nostrae civitatis temporibus optimis hoc sibi amplissimum pulcherrimumque ducebant'. — Lucilius lib. XXX (114):

non datur. admittit nemo, nec vivere ducunt.

|| *Ducere, agere. Lucilius lib. XXVI* (98):

quí sex menses vítam ducunt, Órco spondent séptimum.

M. Tullius de Officiis lib. III (96): 'a quattuor fontibus honestatis primo libro officia duximus'. || Ducere, volvere, pertractare. Vergilius lib. VI (690):

sic equidem ducebam animo rebarque futurum.

Lucilius lib. XXIX (78):

age núnc, summam sumptús duc atque aerís simul adde aliéni.

|| Ducere, fabricare. Varro *Γνῶθι σεαυτόν* (201):

nil súnt Musae, Polyclés, vestrae,
quas aérifice duxtí.

|| Ducere, trahere, differre. M. Tullius ad Caesarem iuniorem lib. I (fr. 7): 'ne || res duceretur, fecimus ut Hercules Antianus in alium locum transferretur'. —

19—20 Virg. tant.—dux.; 28—30 Duc. vol. pert.—futurum.

---

19 tanto $L^1 A^A D^A$ || 20 dixisti A^A (*non B*) || 21 in *del. Quich.* || 25 Duc. ag. *add. Quich.* || 25—26 *cf. 526. 13* (*s. v.* per accus. cas.) || Luc.—ducunt *om. codd. h. l.* || 26 orpo *codd. h. l.* || 29 Verg. lib. VI] lib. VI (*om.* Verg.) A^A: M. Tullius D^A || 30 sic quidem $L^1 A^A$ || deducebam D^A || 32 aeri (eri) sim.: *corr. Iun.* || 33—35 *cf. 69. 21* (*s. v.* aerificum, quod fit ex aere) || 34 policis *codd. utrobique*: Polyclis *Lips.* || 36 tr. ferre A^A || 1 nec B^A: nec (*Gen.*) *vel* ne (*B*) A^A || rex A^A || 2 Antonianus *O. Hirschfeld. ap. Gurlitt.*

284 M.

idem de Officiis lib. III (79): ‘aput populum Romanum criminatus est, bellum illum ducere’. || Ducere, proprium pro temporibus servare. Vergilius in Bucolicis (IX, 48):

astrum, quo segetis gauderent frugibus et quo
duceret apricis in collibus uva colorem.

|| Ducere, dimittere, descendere. Plautus in Aulularia (708):

ubi ille ábiit, ego me dúco † serium de árbore.

|| Ducere, gerere. Vergilius lib. VIII (55):

hi bellum adsidue ducunt cum gente Latina.

DIFFERRE est spatium temporis dare. Vergilius Aen. lib. VI (569):

distulit in seram conmissa piacula mortem.

|| Differre, diffamare, divulgare. Lucilius lib. XXX (34):

gaudes, cum de me ista foris sermonibu' differs.

Varro de Vita Pop. Rom. lib. IV: ‘si modo civili concordia exequi rationem paret, rumores famam differant licebit nosque carpant’. || Differre, dividere vel scindere. Vergilius Georg. lib. III (197):

Scythiaeque hiemis atque arida differt
nubila.

Terentius in Adelphis (486):

. . miseram me! dı́fferor dolóribus.

Vergilius lib. VIII (642):

haut procul inde citae Mettum in diversa quadrigae
distulerant.

9—12 Duc.—mor.; 17—19 Diff.—nubila.

---

3 bellum *Cic.*: balbum *L* B^A: balbul A^A || **7** dem. *Iun.* || **8** medico A^A || ser.] deorsum *codd. Pl.* || **9** VII *L* A^A || **11** est *om.* D^A || **11—12** *cf. 370. 1* || **13** Differre *om.* *L* A^A: *add.* B^A || **14** fori *Mu.* || **16** parent *Kettner.* || rumore *Quich.* || **17** IIII || **18** (atque)—**19** *cf. 175. 12* || **22—24** *cf. 265. 25* || **22** VII || **23** aut: *corr. E.*

Lucilius lib. XXX (35):

et maledicendo in multis sermonibu' differs.

Plautus in Aulularia (445):

nisi reddi
mihi vasa iubes, pipulo te differam ante aedis.

|| Differre, in ordinem ponere. Vergilius Georg. lib. IV (144):

ille etiam seras in versum distulit ulmos.

Varro Synephebo, περὶ ἐμμονῆς (513): 'crede mihi, plures dominos servi comederunt quam canes. quod si Actaeon occupasset et ipse prius suos canes comedisset, non nugas saltatoribus in theatro fieret'. — idem Eumenidibus (145): 'priusquam responderem, foris

---

22—25 Varro crede—fieret.

7—9 *cf. 369. 2* || 7 XV A^A || 8 veniente *codd. h. l.* || 12 item L^1 || 12—13 Tereo, sed *Iun.*: pereos et || 13 clam egem (*Gen.*) *vel* cl. regem (*B*) A^A: clam regem *E*: clamoris regem LB^A: clamaris r. *Both.* || autferre *L* || regna A^A: regiona *E* || (occupabo *B*) || pu. ab reg. occ. *Both.* || 18 Hector vi *Me.*: haectorei (-ii L^1) || in foras; f. *Iun.* || 19 castras ult. *Mu.* || Troiana inferre o. *Bue.*: u. iam inf. o. *Mu. post Me.*: u. conferre o. *Voss.*: Troiani inf. occupant *Havet.* || 21 te nisi illum *Voss.*: tunc si illum (sullum A^A) || dabis: *corr. Scriver.* || 23 quos si *Mu.* || 24—25 comedisset et non nugasset s. LB^A.

nescio quis occupat res indicare'. ‖ Occupare est rursus detinere. Plautus Epidico (298):

átque id non decem óccupatum tíbi erit argentúm dies.

Pacuvius Atalanta (72):

sempér satis agere, ut né in amore animum óccupes.

M. Tullius de Officiis lib. I (57): 'et in ea funditus delenda occupati sunt et fuerunt'. — Vergilius Georg. lib. IV (439):

manicisque iacentem
occupat.

Varro Eumenidibus (142): 'cum in eo essem occupatus atque in schola «curarer», ut scribit Scantius, «horno per Dionysia»'. ‖ Occupare est etiam invenire, ‖ tenere vel possidere. Plautus Trinummo (1135):

fámiliam optimam óccupavit.

Vergilius Aen. lib. VI (424):

occupat Aeneas aditum custode sepulto.

M. Tullius Philippicarum lib. XIII (12): 'agri Lucani possessiones occupavit'. — M. Tullius in Hortensio (15): 'et paulum agelli occupavisse'. ‖ Occupare, est conlocare. Pomponius Pictoribus (115):

quae túleram mecum mília decém victoriáta
in Graéca mercede ílico curávi ut occupárem.

---

27 Occ.—det.; 33—34 Virg. man.—occ.; 1—2 Occ.—poss.; 5 Virg. occ.—sepulto.

---

27 necscio A^A (*non B*) ‖ quid A^A ‖ 28 decet (*cum codd. Pl.*) ‖ 30 semper sat *Both.*: super satis ‖ in am. *Both.*: in mare ‖ 32 delendo A^A ‖ et sunt et f. *codd. Cic.* ‖ ferunt ‖ 35—1 *cf. 121. 9* (*s. v.* hornum) ‖ 35 esset *codd. h. l.* ‖ 36 sola B^A ‖ 3 -mas ‖ 6 agriculani A^A ‖ 8 agelli *E*: angelli A^A: macelli *L* B^A ‖ est *om.* B^A ‖ 9 tuleram (*B*) *vel* uleram (*Gen.*) A^A ‖ victoriatum *Iun.* (*del.* in) ‖ 10 merce id (?) *Bergk. Symbol. I, 66* ‖ -ret L^1.

M. Tullius in Verrem actione II (I, 91): 'praeterea pecunias occuparat apud populos et syngraphas fecerat'.

OPINIO est fama. M. Tullius ad Caesarem iuniorem lib. I (fr. 10): 'erat opinio bona de Planco, bona de Lepido'. || Opinio, suspicio. Varro Eumenidibus (146): 'qui omnes, me bilem atram agitare clamitantis, opinionem mihi insaniae meae confirmant'. — Accius Eurysace (377):

opinione factum est, quanto minus
stirpem édocebant, tánto ut reremúr magis
eos ésse.

M. Tullius de Officiis lib. III (11): 'qui primum haec natura cohaerentia opinione distraxissent'. || Opinio, spes, opinatio. M. Tullius ad Caesarem iuniorem (28): 'posthac quod voles a me fieri scribito; vincam opinionem tuam'. — idem de Officiis lib. II (46): 'opinionem adferunt populo eorum se similes fore quos sibi delegerint ad imitandum'. — Varro Endymionibus (108): 'sic ad vos citius opinione vertilabundus miser decidi'. — Sisenna Hist. lib. IV (102): 'Popaedius opinione frustrata'.

OBSCENVM est inmundum. Vergilius Aen. lib. III (241):

obscaenas pelagi ferro foedare volucres.

M. Tullius de Officiis lib. I (104): 'alter ne libero quidem, si rerum turpitudo adhibetur aut verborum ||

11—14 M. Tull. praet.—deplanatio bona; 15 Op. susp.; 17 Accius op. f. est; 21—22 Op. sp. op.; 26—27 Varro sic—dec.; 28 Obsc. e. inm.; 30—2 M. Tull. si—reiurant.

---

14 plancio (-tio) A^A L B^A: planatio D^A (*cum B*): *corr. Me.* || 15 *cf. 242. 30* (*s. v.* atrum) || 16 me bimatram *codd. h. l.* || confirmant *Gen.*[3] E^1 *ut vid.*: -mam L A^A (-mani *B*) B^A || 17 ut quanto m. *Voss.*: q. mitius *Bue.*: q. illi m. *Mu.* || 18 edocebant *Mu.*: edocabant L^1 A^A: educabant B^A || ut reremur m. *Iun.*: uteremur m. (-remmurmuragis L^1) || 20—21 *cf. 287. 13* || 21 hic *codd. h. l.* || 23 scripto: *corr. Me.* || unicam A^A || 24 tuam—opinionem *om.* A^A || 25 sit sim. f.: *corr.* H^3: f. se sim. *codd. Cic.* || sibi ipsi *codd. Cic.* || 27 decidit D^A: -dis L^1 || opinio A^A || 29 foedere L^1 A^A || 31 turpido L^1 || turpitudini adh. verb. *Cic.*

357 M.

obscenitas'. || Varro Agathone (10): 'pueri obscenis verbis novae nuptulae aures returant'. || Obscenum, vitabile. Vergilius Aen. lib. III (367):

obscenamque famem. quae prima pericula vito?

idem lib. XII (875):

ne me terrete timentem,
obscaenae volucres.

Accius Astyanacte (171):

nunc, Cálcha, finem réligionum fác, desiste exércitum
moràri nec me ab dómuitione arcére tuo obsceno ómine.

Cicero Tusculanarum lib. V (94): 'nam et obscenas voluptates, de quibus multa ab illis habetur oratio'. || Obscenum significat et male dictum. Accius Oenomao (508):

vos íte actutum atque ópere magno edícite
per úrbem, ut omnes qui árcem Alpheumque áccolunt
civés ominibus faústis augustam ádhibeant
favéntiam, ore obscēna dictu ségregent.

Lucilius lib. XXIX (57):

deûm réx avertat vérba obscena . . .

30—2 M. Tull. si—reiurant; 12—13 Obsc.—dictum; 19—30 Lucil. deum—prosequere.

1—2 *cf. 167. 5* (*s. v.* returare) || 2 ret. *Iun.*: redurant *Gen.*^{3}: res durant *E*: reiurant $A^A D^A$: restaurant *L* B^A || 3—4 *cf. 364. 1* || 8—9 astianactet (-cte B^A) hunc aicaispinem regionum fac ac desisset ex.: nunc (*Grotius*: tu *Mu.*) Calcha (*Quich.*) finem (*Baehrens.*) religionum (*Voss., Both.*) fac, desiste (*Baehrens.*) ex. || Acaiis (*i. e.* Ach.) *Stowasser* (*Arch. Lat. Lex. I, 445*) || 10 ac med *Mu.* || domutioñ *an* domuictoñ *inc.* L^1: domuictonem A^A: domuitionem B^A || tu obs.: *corr. Mu., Ribb.* || homine (homine et ne L^1) || 11—12 II una et o. voluntates || 12 habet || 13 male dictum D^A (*cum B* G^1): maledicum *rell.* || 14 actum A^A || 15 arcem (*Bentin.*) Alpheumque (*Kießling.*): arcana asteumque: arcem hanc astuque *Quich.* || 16 omnibus: *corr. Iun.* || adhibent *codd. h. l.* || 16 (aug.)—17 *cf. 205. 2* (*s. v.* favor, fem.) || 17 faventius A^A || dictu E^1: dicti $L^1 A^A$: dicta B^A || 19 d. r. a. verba *Turneb.*: deum rixavertat verba *E* (*cum* H^1): deum rixa vertat vertat verba *rell.*

OBITVS significat mors vel occasus. Vergilius Georg. lib. I (257):

nec frustra signorum obitus speculamur et ortus.

| Obitus rursus adventus. Accius Antigona (138):

attát, nisi me fallít in obitu sonitús.

Turpilius Epiclero (66):

écquis ést, qui ínterrúmpít sermónέm meum óbitú suó?

OMEN dicitur auspicium prosperum. Vergilius Georg. lib. IV (386):

omine quo firmans animum sic incipit ipsa.

|| Omen. adversa significatio. Vergilius lib. XII (72):

neve omine tanto
prosequere.

OLIM trinam habet significationem temporum: praeteriti. (Verg. Buc. X, 34):

meos olim si fistula dicat amores.

|| Olim temporis futuri. Vergilius Aen. lib. I (289):

hunc tu olim caelo spoliis Orientis || onustum
accipies secura.

Lucilius Satyrarum lib. XIX (3):

si tu illos fructus quaeras, adversa hieme olim
quîs uti possis ac delectare domi te.

Turpilius Philopatro (193):

deínde cum ad te rédierit res ólim post mortém patris.

19—30 Lucil. deum—prosequere.

---

20 mortem vel occasum D^A || 23 favillit *L* || obitum: *corr. Palmerius* || in obitu f. *Mu.* || 26 et quis || istest *Mu.* || meum serm. *Grautoff.* || 27 formans: (*corr. B*) || 28 O. auspicium adversum significat *Mu.* || 32 *fort. secludend.* || 1 spiliis (-us) $L^1 A^A$ || 4 si A^A: sic $L B^A$ || 5 quis uti possis] defensorem ut per eum A^A (*ex v. 9*) || ac *I. Dousa*: hac *E*: haec *rell.* || domi te L^1: domine *rell.*

358 M.

Afranius Suspecta (323):

núnc amatorem, ólim defensórem, ut pereám, *mé* volet.

OPTARE est precibus a dis aliquid postulare. Vergilius Aen. lib. VII (273):

et reor et siquid [veri] mens augurat opto.

|| Optare, eligere. Lucilius Satyrarum lib. XIX (9):

"aurum vis? hominemne habeas!" — "hominem? quid ad aurum?
quare, ut dicimu', non video, hic quid magno opere optem."

Sallustius Hist. lib. III (49): 'atque [cum] Curio laudatum accensumque praemiorum spe quibuscum optavisset ire iubet'. — Vergilius Aen. lib. III (109):

optavitque locum regno.

M. Tullius de Officiis lib. I (118): 'quaeque maiori parti pulcerrima videantur, ea maxime optant'. — Terentius in Eunucho (1056):

hoc si féceris,
quódvis praemiúm donum a me optáto.

Varro Marcipore (281): 'et Diogenes Cynicos, qui ab Alexandro rege iussus optare quid vellet se facturum'.

OFFENDERE est percutere. Turpilius Paraterusa (174):

caput [ut] offendi. adimere pol!

---

10 Opt.—post.; 12—13 Virg. et siquid—eligere; 20—23 M. Tull. quaeque—opt.; 26 Off. e. percutere.

---

9 nunc *Me.*: non || amaterem (*ex* mat.) *L*: amatorum A^A || defensorem A^A *v. 5*: defensor et A^A *h. v.*: defensore *L* B^A || ut per eum volet: *corr. Mu.*: uti p. v. *Ribb.* || 10 a dis *om.* D^A || 11—12 *cf. 469. 15* || 12 veri *add.* B^A || 13 XXVIIII B^A || 14 hominemne *Quich.*: hominem || 15 quidam ma. L^1 || 16 cum *L* B^A: *om.* A^A: eum *Ald.* || Curio (*vel* Caepio) *Lips.*: cupio || 17 spe A^A (*cum* E^1): spes *L* B^A || quibuscum *L* B^A: quibus A^A || 18 iuvet || 21 videntur *Cic.* || exoptant *codd. Cic.* || 23 donum pr. *Ter.* || 24 cynicos *Canterus*: quiamicos || 27 caput o. A^A: caput ut o. *L* B^A || ad limen pol *Pius.*

Lucilius lib. XXIX (44):

crus lápide? nihil est. crédam, si te offénderit.

Varro Marcipore (282): 'dein inmittit virile veretrum. ut flumen offendit buccam Volumnio'. || Offendere, laedere. M. Tullius de suppliciis, lib. VII (in Verr. II, v, 31): 'cum iste cum pallio purpureo parique tunica versaretur in conviviis cum mulieribus, non offendebantur homines in eo neque moleste ferebant'. — Lucilius lib. XXVII (53):

nam híc quidem
réditum talem pórtendebant néque alia in re † ulla ||
óffendere.

|| Offendere, invenire. Pacuvius Iliona (204):

quos égo, ita ut volui, offéndo incolumis.

Afranius Omine (228):

ea mémoriter, cum vénero, confécta ut offendám . .

Quadrigarius Annali lib. II (36): 'inde postquam aliquantum recessit, offendit montem, loca munita, res omnes habentem, quae militibus opus sunt, ligna, aquam, pabulum'. — Terentius Eunucho (234):

offendi adveniens quendam mei loci atque ordinis
hóminem.

31—34 Off.—fer.; 2—3 Off.—incol.; 6—11 Quadr.—hom.

---

29 (n. em H^2 *mg.*) || caedam *Gerlach.* || **30** deinmittit: *corr. Oehler.* || **31** u. f.] in (*ita iam ed. a. 1476*) frumen *Scal.* || bol- || **32** lib. VII de suppl. *Mu.* || **33** cum *alt. om.* D^A (*cum B*) || **34** in conv. muliebribus *codd. Cic.* || offenderentur || **35** *fort.* hi || **36** re *ed. a. 1480*: mare || ulula L^1: *secl. Mu.* || *fort.* in me recula || **3** incolumitas A^A || **6—7** p. a.] pquantum L^1 || **7** l. invenit ea *Peter*: loco munitum *Mu.* || **8** habere: *corr. Mu.* || aqua D^A (*cum B*) || **9** et Ter. LB^A: et *om.* $A^AE^1D^A$ || in Eun. B^A || **9—11** *cf. 270. 38; 324. 17* || **10** hodie adv. *codd. 270*: adv. *codd. h. l.* || ei (*praec.* m) A^A || l. hinc a. *codd. Ter.*

M. Tullius de signis (in Verr. II, IV, 64): 'quod nondum perfectum templum offenderant, neque ponere potuerunt'. — Lucilius lib. XXVI (33):

síquod verbum inúsitatum aut zétematium offénderam.

M. Tullius de Republica lib. I (59): 'sed imitor Archytam illum Tarentinum; qui cum ad villam venisset et omnia aliter offendisset ac iusserat. — Plautus Amphitryone (713):

eó more expertém *te* factam advéniens offendí domi.

Varro Sexagesi (491): 'Romam regressus ibi nihil offendi quod ante annos quinquaginta, cum primum dormire coepi, reliqui'.

OBSCVRVM est tenebrosum, sine lumine. Vergilius Georg. lib. I (428):

si nigrum obscuro conprenderit aera cornu.

|| Obscurum, ignobile. M. Tullius de Officiis lib. I (116): 'qui magna sibi proponunt obscuris orti maioribus'. || Obscurum, absconditum, latens. Vergilius lib. IX (244):

vidimus obscuris primum sub vallibus urbem.

OBSERVARE, suspicere, magnificare. M. Tullius de Officiis lib. I (149): 'sicuti aliquo honore aut imperio affectos observare et colere debemus'. || Observare, celare et intus retegere. Plautus Aulularia (15):

ubi is óbiit mortem quí mihi id aurum || crédidit,
coepi óbservare.

---

21 Obsc.—lum.; 23—25 Obsc.—lat.; 27—29 Obs.—retegere.

---

13 offenderent || 14 verbum *Gulielm.*: verum || ad z. (?) *Mu.* || 15 II || 18 o more (*praec.* e) A^A || experte (*om.* te) || factum A^A adv. tenebrosum off. d.: tenebr. *ad v. 21 transtulit Guietus* || 20 relinqui $L^1 A^A$ || 21 tenebrosum D^A: *om. rell.* (*cf. ad v. 18*) || 23 II || 26 videmus $L A^A$ || primam *codd. Verg.* || 27 suscipere $A^A D^A$ || 27—29 *cf. 519. 33* || 29 (tegere *B*) || 29—1 *cf. 275. 11* || 1 is om. A^A || obit || credidi $L^1 A^A$.

|| Observare, cognoscere. Vergilius Aen. lib. II (753):

et vestigia retro
observata sequor per noctem.

|| Observare, curiose et suspicaciter circumspicere. Plautus Aulularia (53):

oculós ego tibi istos, ínprobe, ecfodiám tibi,
ne me óbservare póssis quid rerúm geram.

|| Observare, captare. Vergilius Georg. lib. IV (512):

quos durus arator
observans nido inplumis detraxit.

Lucilius lib. XXVII (4):

quódsi observas hóminem, qui pro cómmodo et regno gaúdeat.

Terentius in Andria (169):

pertérrefacias Dávum, observes fílium,
quid agát.

ORATORVM significantia manifesta est. || Oratores, legatos. Vergilius Aen. lib. XI (331):

centum oratores prima de gente Latinos
ire placet.

OCCVRRERE dicitur obvium fieri. Vergilius Aen. lib. VI (479):

hic illi occurrit Tydeus.

3—5 Obs.—sequor; 6—9 Obs. cur. circumsp.—possis; 10 Obs. capt.; 22 Occ.—fieri.

---

3 recogn. *Quich.* || 6 suspiciter: *corr. Mu.* || circumasaspicere $L^1 A^A$: circumaspicere B^A (*cum Gen.*[2] *B*) *In archetypo syllabam* ac, *quae ex verbo* suspicaciter *exciderat, post illud* circum *intulerat corrector* || 8 improba *Pl.* || tibi *alt. om.* D^A || 9 perum A^A || 10 III $L A^A$ || 12 *cf. 288. 4* || 14 et re *Quich.* || gaudeas L^1: audeat *Iun.* || 18—20 Oratores—centum *om.* L^1 || 20 latino || 22 obviam D^A.

|| Occurrere, subvenire, commonere. M. Tullius de suppliciis (in Verr. II, v, 104): 'occurrebat illa ratio'.

OFFERRE, invenire. Lucilius lib. XXVI (88):

hómines ipsi hanc síbi molestiam últro atque aerumnam ófferunt:
dúcunt uxorés.

|| Offerre, adferre. Lucilius lib. XXIX (70):

ut núnc *in* hac re míhi opem atque auxilium ófferas.

|| Offerre, ostendere. Vergilius Aen. lib. VI (291):

strictamque aciem venientibus offert.

OBDVCERE, aperire. Lucilius lib. XXIX (93):

vós interea lúmen auferte átque aulaea obdúcite.

|| Obducere, tegere. Vergilius in Bucolicis (I, 48):

obducet pascua iunco.

ORARE est precibus poscere. M. Tullius Verrinarum in Divinatione (3): 'rogare et orare, ne || eos supplices aspernarer'. || Orare, agere. M. Tullius de Officiis lib. III (43): 'ut veram amici causam esse malit; ut orandae litis tempus, quoad per leges liceat, accommodet'.

OPPIDO, valde. Plautus Amphitryone (299):

óppido interii! óbsecro hercle, quántus *et* quam válidus est!

OBPETERE, obcumbere, mori. Vergilius Aen. lib. I (95):

quîs ante ora patrum Troiae sub moenibus altis
contigit obpetere.

24—27 Occ.—off.; 29 Off. adferre; 31—35 Off.—tegere; 7—10 Obp.—incidere.

---

26 XXVII A^A || **28** *cf. 373. 2* || **29** (O. efferre *G*) || **30** in *add. Quich.* || acremihi A^A || uti nunc acrem mihi op. (?) *Mu.* || **34** autferte L^1: (afferte *G*) || **35** Verg. *om.* A^A || **36** obducat B^A (*cum Verg.*) || **37—2** *cf. 383. 3* || **37—1** in Verrem Divinatione *Mu.* || **1** ne illos *Cic.* || **2—4** *cf. 244. 32* || **5** * * * Oppido *Mu.* || **6** interi obs. $L^2 A^A$: interio obs. $L^1 B^A$ || haecde L^1: herde A^A (*non B*) || et *om.* || **8** o ter quaterque beati quis *etc.* D^A.

|| Obpetere, incidere. Plautus in Asinaria (22):

atque ílla viva vívus ut pestem óbpetat.

OBESVM pro uberi et crasso saepius ponitur. Vergilius Georg. lib. III (80):

argutumque caput, brevis alvus obesaque terga.

|| Obesum, gracile et exile. Laevius in Carmine (8):

corpóre pectoreque undíque obeso, ac
mente éxensa, tardígenuclo
senio.

INCIPIT PER P LITTERAM.

PROPRIVM, diuturnum. Sisenna Hist. lib. III (45): 'tum subito tacuit; atque metu et suspicione propriam capere non poterat quietem'. || Proprium est suum uniuscuiusque. Vergilius lib. VII (331):

hunc mihi da proprium, virgo sata nocte, làborem.

Varro in Caprino Proelio (71):

unam virtutem propriam mortalibu' fecit;
cetera promisque voluit communia habere.

|| Proprium rursum significat perpetuum. Sisenna Hist. lib. IV (67): 'victoribus proprie spem, victis adversae

---

7—10 Obp.—incidere; 12—18 Obes. pro crasso—senis; 20 Propr. diut.; 22 Propr.—uniusc.; 25 Varro nam—fecit; 27 Propr.—perpetuum.

---

11 ut] et || oppetas *Pl.* || 12 uueri *L*: veri A^A (*cum* E^1) || 12—14 *cf. 239. 20* || 13 II *L* A^A || 15 nevius: *corr. Me.* || 16 oboesso *L* || ac *del. Scal.* || 17 mente exsensa (ext.) *Gell. XIX, 7, 3*: merito (-ridito L^1) exeso: *fort.* mento extenso || tardigenuclo *Mu.*: tardi (*add.* L^2) ingenulo *L*: tardi ingenio *rell.*: tardigemulo *codd. Gell.* || 18 senis: senio obpressum *Gell.* || 19 *om.* A^A || 21 atquem (adq.) m.: *corr. ed. princ.*: atque e m. (?) *Mu.* || 22 potuerat: *corr. ed. princ.* || 25 unam *Scal. Catal. 237*: nam || 26 cetere (cae.): *corr. ed. princ.* || haberi *Scal.* || 28 sepm A^A || propriae spem virtutis, victis *Mu.*

fortunae maiorem formidinem obiecit'. — Plautus Cistellaria (Most. 225):

atque íllum amatorém tibi propriúm futurum in víta.

Vergilius lib. VI (871):

propria haec si dona fuissent.

idem lib. III (85):

da propriam, Thymbraee, domum.

Terentius in Andria (959):

ego deorum ‖ vitam propterea sempiternam arbitror,
quód voluptates eórum propriae súnt.

Accius Armorum Iudicio (159):

nám non facile síne deûm opera humána propria súnt bona.

idem Medea (422):

fors dóminatur,
neque víta ulli propria ín vita est.

Lucilius Satyrarum lib. XVII (13):

cetera contempnit et in usura omnia ponit
non magna; proprium vero nil neminem habere.

M. Tullius de Republica lib. IV (5): 'et noster Plato magis etiam quam Lycurgus, omnia qui prosus iubet esse communia, nequis civis propriam aut suam rem ullam queat dicere'.

Afranius Vopisco (358):

di tíbi dent propria quaécumque exoptés bona!

---

30 Plaut. atque—vita; 1—2 Terent. ego—sunt; 15 Afranius dii—bona.

---

30 ullum A^A D^A ‖ **33—34** *cf. 278. 31* ‖ **34** thymbeae L^1 A^A ‖ **1** s. esse a. *Ter.* ‖ **2** voluntates ‖ **4** non *om.* A^A ‖ **7** neque vis ul. *Mu.* ‖ (illi *G B*): ut illi *L ante corr.* ‖ **9** contempni L^1 ‖ **11—13** *post 361. 26 colloc. Quich.* ‖ **13** e. c.] omnia L^1 ‖ ullam queat dicere H^3 *ut vid.* E^1: ullaque (quae *L*) addicere (adiecere *L*) *rell.* ‖ **15** pr. dent D^A.

Lucilius lib. XXVII (6):

cúm sciam nihil ésse in vita próprium mortalí datum.

PRAEVERTERE est praeterire. Vergilius Aen. lib. I (317):

volucremque fuga praevertitur Hebrum.

|| Praevertere iterum significat anteponere. Plautus Amphitryone (527):

ílluc redeundum ést mihi,
né me uxorem praévertisse dícant prae re pública.

|| Praevertit, revocat. Plautus Amphitryone (1068):

íbi me inclamat Álcumena; iam éa res me horrore áfficit;
erílis praevertít metus. adcúrro, ut sciscam quíd velit.

PROMITTERE est polliceri. Vergilius Aen. lib. II (96):

promisi ultorem et verbis odia aspera movi.

M. Tullius ad Caesarem iuniorem (29): 'promissa tua memoria teneas'. || Promittere etiam significat ad magnitudinem nutrire. Plautus Rudente (377):

capíllum promittam óptimum est incípiamque ariolári.

Vergilius Aen. lib. III (593):

promissaque barba.

18—20 Praev.—antep.; 26 Prom. e. polliceri; 29—31 Prom.—optimum.

17—18 datum est praeterire $L^1 A^A$ (*om.* Praevertere): datum est Praevertere praeterire B^A: *corr. Roth.* || **18—19** *cf. 307. 27* || **19** herbum $L^1 A^A$ *ut vid.* (herba *Gen.*[1]: hebrum *B*) || **23** Praeuerti r. A^A (*non B*): Praeueuertitur uocat *L* || **24** inclama A^A: -mar LB^A || argumenta a (*om.* a LB^A) mea || **24—25** affiterilis A^A (*cum E*): affilebelis LB^A || **25** praevertit *E*: praeberit *ex* praeperit L^1: praeberet A^A: praeuertitur B^A || sciam || **27** ultrorem $L^1 A^A$ || **31** incipiantque: *corr.* H^3 || aliolari LA^A || **32—33** *cf. 130. 8; 330. 5* || **33** immissaque b. *codd. 130, 330* (*cum Verg.*). *illud* promissaque b. *Bucolicon 8. 34 legi monet Gerlach.*

Varro Modio (311):

quód tum erant in Graécia
comá promissa, rása barba, pállia
trahéntes.

PROTELARE est percutere, perturbare. Terentius || in Phormione (213):

né te iratus suís saevidicis díctis protelét . .

Sisenna Hist. lib. III (27): 'Romanos inpetu suo protelant, † prolettus persecuntur'. — Lucilius Satyrarum lib. VI (33):

quem neque Lucanis oriundi montibu' tauri
ducere protelo validis cervicibu' possent.

idem lib. XII (1):

hunc iuga mulorum protelo ducere centum
non possunt.

Cato Originum lib. V (103): 'sed protelo trini boves unum aratrum ducent'. || Protelare rursus adiuvare. Varro Cato vel de liberis educandis (22): 'remotissimum a discendo formido ac nimius timor et omnis perturbatio animi. contra delectatio protelo † ad discendunt'. || Protelare etiam excludere. Turpilius Lemniis (90):

proptér peccatum paúsillum indigníssime
patriá protelatum ésse saevitiá patris.

36—1 Varro coma—vel perturb.; 4—5 Sisenna Rom.—protelant; 17 Prot. eti. excludere.

---

35 quod te L^1 || 36 palla L^1 || 3 ne *om.* (*praec.* -ne) A^A || 4 Romanus L^1A^A || 5 prolectus (prolettus *Gen. E*): proiectos *Iun.*: protelatos *Ursin., Me.*[1] || *fort.* protelo persecuntur (*verba Nonii*) || 5 (Lucil.)—13 (ducent) *in finem lemm. transp. Mu.* || 8 duceri A^A || cervibus A^A || 13 (ducunt *G ante corr.*) || 15 ad discendum || nimus E^1 *ut vid.*: nismis L^1: minus A^A: nimis B^A: *corr. Iun.* || 16 p. ad discedunt B^A: protelat ad discendum *Ries.*: *fort.* protelo ad discendum trahit *vel* ducit || 18 pausillulum: (*corr. B*).

Sisenna Hist. lib. IV (69): 'duae cohortes de subsidio procedunt atque equites protelant'.

PRODERE significat deferre. Vergilius Aen. lib. II (127):

prodere voce sua quemquam aut opponere morti.

|| Prodere rursus differre vel excludere. Vergilius Aen. lib. I (250):

nos, tua progenies, caeli quibus annuis arcem,
navibus, infandum! amissis unius ob iram
prodimur atque Italis longe diiungimur oris.

Lucilius Satyrarum lib. V (45):

possisne elabi an *porro* prodenda dies sit.

Terentius in Andria (313):

. . . . ut áliquot saltem núptiis prodát dies.

|| Prodere etiam protendere vel edere. Vergilius Aen. lib. IV (230):

Italiam regeret, genus alto a sanguine Teucri
proderet.

M. Tullius de suppliciis in Verrem (II, v, 36): 'ius imaginis ad memoriam posteritatemque prodendam'. — et de Senectute (25): 'non accipere modo haec a maioribus voluerunt, sed etiam posteris prodere'. ||

PERICVLVM est salutis discrimen. Vergilius [Aen.] lib. III (367):

obscenamque famem. quae prima pericula vito?

20—21 Sisenna duae—protelant.

22—37 *fort. post 362. 37 collocand.* (*cf. 'Non. Marc.' p. 74*) || **24** II *L* A^A || **25** annues L^1 A^A || **26** ira A^A || **29** porro *Donatus ad Andr. II, 1, 13*: *om.* || **31** aut (*praec.* a) || nuptis prodeat || **32** vel tradere *Mu.* || **33** r. et B^A || a *om.* A^A (*non B*) || **34** proderat A^A (*non B*): prodere *L* || **35—36** *cf. 541. 23* || **35** in Verr. de suppl. *Quich.* || **35—36** iussi magnis L^2 A^A: ipsimaginis L^1 || **36** prodendae *Gronov.* || **37** accepere L^1 A^A || **1** salutis] sallustius *L* A^A || **1—2** *cf. 357. 3* || **1** Aen. *om.* A^A || lib. III *om.* L^1.

364 M.

Lucilius lib. XXIX (58):

adde álios omnes meó periclo ex órdine.

|| Periculum, experimentum. Sisenna Historiarum lib. IV (91): 'periclitantur tormenta ac tela multaque genera machinamentorum'. — M. Tullius de Republica lib. III (inc. 2): 'sed ut ipsi suum animum periclitentur. [sum] vident quid se putent esse facturos'. — Terentius in Eunucho (476):

fác periclum in lítteris.

M. Tullius de Deorum Natura lib. II (161): 'sicuti ex quibusdam stirpibus et herbis, quarum utilitatis longinqui temporis usu et periclitatione percepimus'. — Lucilius lib. XXIX (18):

cuius sei ín periclo féceris perículum.

Plautus in Amphitryone (914):

verúm periclitátus sum animúm tuum.

Sallustius in Catilinae Bello (2, 2): 'tunc vero periculo atque negotiis conpertumst'. || Periculosum, maius et vehemens. M. Tullius de Officiis lib. I (83): 'gravioribus autem morbis periculosas curationes et ancipitis adhibere coguntur'.

PRESSVM, subtile. M. Tullius in Hortensio (56): 'quis te aut est aut fuit umquam in partiundis rebus,

---

21 Press. subtile.

---

7 machimentorum A^A (*non B*) || 8 ipsis s. LA^A || suum *Me.*: seu || 9 sum *secl. Mu.* (*cf. v. 8*) || videantque quid *Me.* || 11—18 *cf. 219. 24* || 11—12 sicut lex A^A: sicut ex LB^A (*cum codd. 219*) || 12 quorum *codd. h. l.* || 13 et *om.* A^A || percipimus L^1A^A || 14 se A^A: si LB^A: sine *Francken.* || 17—18 tum demum per. *codd. Sall.* || 19 maius et LB^A: navis est A^A: molestum *Mu.* || 20 morbus A^A || periculo || adigere LB^A: adire A^A || 22 aut est *E ex corr.*: autem est *rell.* || futumquam L^1: statumquam A^A || 22—23 rebus in def. *om.* A^A.

in definiundis, in explicandis pressior?' || Pressum, onustum, gravatum. Vergilius Georgicon lib. I (303):

ceu pressae cum iam portum tetigere carinae
puppibus.

|| Premere, defodere. Vergilius lib. X (296):

sulcumque sibi premat ipsa carina.

|| Premere, claudere. Vergilius lib. IX (487):

pressive oculos aut vulnera lavi,
veste tegens.

|| Premere, insequi, fugare. Vergilius Aeneidos lib. I (467):

hac fugerent Grai, premeret Troiana iuventus.

|| Premere, urgere. Vergilius Georgicon lib. III (413):

ingentem clamore || premes ad retia cervum

et lib. VII (368):

Faunique premunt te iussa parentis.

|| Premere significat inniti cum pondere. Vergilius Georg. lib. IV (140):

et spumantia cogere pressis
mella favis.

idem lib. X (495):

et laevo pressit pede talia fatus
exanimum, rapiens inmania pondera baltei.

|| Premere rursum refrenare vel cohibere. Vergilius Aeneidos lib. I (54):

inperio premit et vinclis et carcere frenat.

23—25 Press. etiam hon. vel gr.—car.; 27 Prem. def.; 29 vel claud.; 32—1 Prem.—cervum; 10—12 Prem.—frenat.

---

28 sulcum quaesivi: *corr. E* (*cum B*) || **29—31** *cf. 435. 5* || **31** segens $L^1 A^A$ || **33** gai A^A (*non B*) || **34** vergere $L A^A$ || **1** premens D^A (*cum B*) || et ret. $L^1 A^A$ || **2** VI: (*corr. B*) || **4** cum pedere A^A || **8** levem pr. pedem $L A^A$ || **9** exanimam $L A^A$: -mem *codd. Verg.* || pondere: (*corr. H^2 B*) || **11** I *om.* A^A (*non B*) (*seq.* i) || **12** p. v. (*om.* et) D^A: p. ac v. *Verg.*

365 M.

item (Aen. I, 63):

et premere et laxas sciret dare iussus habenas

idem lib. IX (324):

sic memorat vocemque premit.

|| Premere, tegere. Vergilius lib. IX (612):

canitiem galea premimus.

et lib. XI (257):

quos Simois premat ille viros.

Varro Modio (307):

capitís corona † uaccitis liuei †
face út labore flátili viridís premat.

|| Premere etiam removere vel excidere. Vergilius Georg. lib. I (156):

et ruris opaci
falce premes umbram.

|| Premere, occidere. Vergilius lib. IX (330):

armigerumque Remi premit.

|| Premere, adversari. Vergilius lib. X (375):

numina nulla premunt; mortali urguemur ab hoste
mortales.

|| Premere, calcare. Vergilius Aeneidos lib. II (379):

veluti qui sentibus anguem
pressit humi nitens.

---

17 Prem. teg.; 27 occ.; 32—34 vel calc.—nitens.

---

13 idem: *corr. Mu.* || 14 *cf. 340. 6* || premeret et $L A^A$ || 15 item: *corr. ed. Bas.* || 17 virg. georg. lib VIIII A^A (*non B*) || 18 canit item A^A (*non B*) || 22 caput his *Quich.* || bacis multis Liberi *Bue. post Oehler.*: *fort.* baculis oliveis || 22—23 fasciis (*Scal.*) niveis face | faciem ut *Mu.* || 23 premat *Iun.*: premit || 24 excindere $L B^A$ || 26 premis $L^1 A^A$ || 27 virg. georg. lib. VIIII A^A (*non B*) || 33 sensibus A^A (*non B*) || 34 *cf. 353. 19.*

|| Premere, deponere. Vergilius Georg. lib. II (346):
quod superest, quaecumque premes virgulta per agros.

PRETIVM, poenae exitum. Livius Achille (1):
sí malas imitábo, tum *tu* prétium pro noxá dabis.

|| Pretium dicitur quod re empta datur. Vergilius Aeneidos lib. IV (211):

urbem
exiguam pretio posuit.

Terentius in Eunucho (133):

prétium sperans ílico
prodúcit, vendit.

M. Tullius Verrinarum actione II (I, 7): 'et parentis pretium pro sepultura liberûm posceret'. — Lucilius lib. XXVIII (44):

nec parvo catulo pretio. ||

|| Pretium, pro praemio. Sallustius in Iugurtae Bello (16, 1): 'vicit tamen in senatu pars illa quae vero pretium aut gratiam anteferebat'. — Naevius Danae (8):

quín ut quisque est méritus, praesens prétium pro factís ferat.

Terentius in Andria (39):

quod hábui summum prétium persolví tibi.

Vergilius lib. V (111):

et palmae pretium victoribus.

Lucilius lib. XXX (56):

cuius vultu ac facie ludo ac sermonibu' nostris
virginis hoc pretium atque hunc reddebamus honorem.

35—36 *cf. 148. 19* || **37** poena, exemplum *Mu.* || **37—38** *cf. 473. 18* (*s. v.* imitat) || **38** tu *om. codd. h. l.* || dabit *codd. h. l.* || **46** in Verrem (?) *Mu.* || **48** catullo (capillo *Cant.*[1]): catulum *Mu.*: satullo *Loew. Opusc. 228* || **1** Pret. praemium *Mu.* || **5—6** *cf. 317. 27* || **9—11** *cf. 320. 27* (*s. v.* honor) || **10** ludis *codd. h. l.* || **11** reddimus *codd. h. l.*

366 M.

PATIBVLVM est crux. Sallustius Hist. lib. III (9): 'in quîs notissimus quisque ex malo dependens verberabatur aut inmutilato corpore in prori patibulo eminens adfigebatur'. || Patibulum, sera qua ostia obcluduntur; quod hac remota valvae pateant. Titinius Fullonibus (30):

sí quisquam hodie praéter hanc postícum nostrum pépulerit,
pátibulo hoc ei cáput diffringam.

PETERE significat poscere. Vergilius Aen. lib. VIII (9):

mittitur et magni Venulus Diomedis ad urbem,
qui petat auxilium.

Lucilius lib. XXVI (92):

férri tantum sí roget me, nón dem, quantum aurí petit.

|| Petere, *repetere*. Vergilius lib. VIII (395):

quid causas petis ex alto?

|| Petere, percutere, ferire. Vergilius in Bucolicis (III, 87):

iam cornu petat et pedibus qui spargat harenam.

|| Petere, adpetere. Vergilius lib. VIII (405):

notumque petivit
coniugis infusus gremio per membra soporem.

|| Petere, sequi. Vergilius lib. V (226):

quem petit et summis adnixus viribus urguet.

12—19 Pat.—posc.; 26—27 Pet.—harenam.

---

12 IIII *L* B^A || 13 et m. deperdens: *corr. Ald.* || 14 in prori *Mu. post Carrio.*: inprobi (impr.): improbe *Lips. Op. III, 1229* || emnens $L^1 A^A$: eminus D^A: eminens B^A (*cum B*) || 16 remote *L* A^A || 16—17 *cf. 217. 20* (*s. v.* posticum, neutr.) || 17 siquis *codd. 217* || et hod. A^A L^2 || has *codd. 217*: hac *C. F. Mueller.* || 18 defr.: effr. *Mu.* || 19—20 *cf. 348. 13* || 20 domedis $L^1 A^A$ || 22—23 *cf. 382. 42* (*s. v.* rogare) || 24 repetere *add. Mu.* || 24—25 *cf. 237. 22* || 27 spargit B^A || 29 placidumque pet. *codd. Verg.*

Lucilius lib. XXVII (54):

rérum exploratórem mittam, míserum mendicúm petam.

|| Petere, abducere. Vergilius lib. VI (395):

Tartareum ille manu custodem in vincla petivit. ||

|| Petere, inquirere. Vergilius lib. VIII (119):

Euandrum petimus.

|| Petere, eligere. Vergilius Georg. lib. IV (8):

principio sedes apibus statioque petenda.

|| Petere, obtinere. Vergilius Aen. lib. I (157):

quae proxima litora cursu
contendunt petere.

|| Petere, manere, expectare. Vergilius lib. IX (128):

Troianos haec monstra petunt.

|| Petere, cupere, adpetere. Vergilius Georg. lib. IV (218):

pulchramque petunt per vulnera mortem.

Lucilius lib. XXVI (90):

sín autem hoc vidént, bona semper pétere sapientém putant.

|| Petere, tenere. Vergilius Aen. lib. III (93):

submissi petimus terram et vox fertur ad aures.

PROPTER significat eius causa. Vergilius Aen. lib. IV (320):

te propter Libycae gentes Nomadumque tyranni
odere.

5—7 Pet.—pet.; 10—11 Pet.—mort.; 16 Propt.—causa.

---

34 recum $L^1 A^4$ || explicatorem L: expilatorem A^4: expiratorem B^4: exploratorem E^2 || 36 uncla $L^1 A^4$ *ut vid.* (unda *Gen.*[1]: vincla B) || 4 incipio $L^1 A^4$ (*non* B) || stadioque $L^1 A^4$ || 5—7 *cf. 258. 20* || 7 contempnunt $L^1 A^4$ || 11 morem $L A^4$ || 13 putant *Iun.*: et putant: *fort.* exputant || 14—15 *cf. 390. 2* || 14 I $L A^4$.

[|| Propter, alicuius rei causa. Varro Sesqueulixe (470): 'quod Minerva propter stet, id significare eum propter doctrinam'.] || Propter, iuxta. Vergilius Georg. lib. III (13):

et viridi in campo templum de marmore ponam
propter aquam.

Varro Cato vel de liberis educandis (36): 'id quod postea verum esse adtestatast Fortuna, propter cuius aram ea hostia erat caesa'. — Terentius Adelphis (169):

nímium istuc abísti; hic propter húnc adsiste . . .

M. Tullius de Senectute (48): 'sic adulescentia voluptates propter intuens magis fortasse laetatur; sed delectatur etiam senectus procul aspiciens'. — idem de Republica lib. I (17): 'eum quoque ut salutavit, propter Tuberonem iussit adsidere'. — Varro Sesqueulixe (470): 'quod Minerva propter stet, id significare eum propter doctrinam'. — idem Eumenidibus (165): 'propter eam porticum situm erat dolium'. — Sisenna Hist. lib. III (22): 'partem cohortium propter mare conlocat in litore'. ||

PONERE est deponere. Vergilius Aen. lib. I (302):

ponuntque ferocia Poeni
corda volente deo.

---

21 Pr. iux.; 34—35 Varro propt.—dol.; 1—3 Pon.—corda.

19—21 Propter—doctr. *secl. Mu. cf. v. 32* || **20** stet, id *Vahlen.*: stetit *codd. h. v.*: estet id *codd. v. 32* || **21** IIII: (*corr. B*) || **22** (tem—pon.) *cf. 368. 7* || **24—25** Varro—esse *post v. 25* (caesa): *transp. Me.* || **25** virum: (*corr. B*) || adtestatas est (att.) (-ta est L^2) || **26** mea haostia *L*: mea ha hostia B^A (*G*: eha hostia H^2) || in Ad. B^A || **27** stuc || **28** -tiae: *corr. Gen.*[3] || **29** intuens *Gen.*[3]: entum est (-tū ē) L^1: erentus est (*Gen.*[1]) *vel* -tur est (*B*) A^A: enetum est B^A (*habuit archetypus* entuēs, *i. e.* entuens) || **30** etiam *om.* B^A || procula asp. L^A || eas aspiciens (aspectans, spectans) *codd. Cic.* || **31** quodque || **32—33** *cf. v. 19* || **33** stet, id *Vahlen.*: est et id (it L^1) *codd. h. v.*: stetit *codd. v. 32* || **36** conlocati L^1.

|| Ponere, consumere, comterere. M. Tullius (de Off. II, 2): 'mirentur in ea me tantum operae et temporis ponere'.
|| Ponere, constituere. Vergilius in Georg. lib. III (13):

templum de marmore ponam.

|| Ponere, servare. Vergilius in Georg. lib. III (403):

aut parco sale contingunt hiemique reponunt.

idem et in Aen. lib. I (26):

manet alta mente repostum
iudicium Paridis.

|| Ponere, desinere. Vergilius lib. VII (27):

cum venti posuere omnisque repente resedit
flatus.

PERNIX significat celer. Vergilius Georg. lib. III (92):

talis et ipse iubam cervice effundit equina
coniugis adventu pernix Saturnus.

Lucilius lib. XXVII (55):

fúimus pernicés, aeternum id nóbis sperantés fore.

|| Pernix, perseverans. Vergilius Georg. lib. III (229):

et inter
dura iacet pernix instrato saxa cubili.

PVLLVM est aetatis novellae. Vergilius Georg. lib. III (75):

continuo pecoris generosi pullus in arvis.

---

4 Pon. cons. committere; 6—8 Pon.—serv.; 13 vel des.; 16 Pern. sig. cel.; 18 Virg. coni.—Sat.; 21 Pern. perseverans; 24 Pull.—novellae.

---

4 conterere *L B*^{A}: committere *A*^{A} *D*^{A} || 5 mirenturque *Cic.* in ea me iam tum *L*^{1} (*cum H*^{2}): (in eam etiam tum *G*) 7 *cf. 367. 22* || 10—11 *cf. 349. 32* || 17 cervicem *L A*^{A} 18 aventu *L*^{1} *A*^{A} || 20 nobis *ed. princ.*: vobis || 23 *cf. 444. 13* duo *L A*^{A} || strato (*corr. B*) *codd. h. l.*

|| Pullum, non album. Vergilius [in] Georg. lib. III (389):

ne maculis infuscet vellera pullis
nascentum.

[Titus] Livius (Odyss. 34):

vestis pulla porpurea ampla.

M. Tullius de signis (in Verr. II, IV, 54): 'in hac officina partem diei cum tunica pulla et pallio solebat sedere'. — Varro Sesqueulixe (462):

ubi nítidi ephebi, véste pulla cándidi,
modéste amictus† _ pascunt péctore.

PLAGAE sunt verbera. Vergilius Georg. lib. IV (301):

plagisque perempto
tunsa per integram solvuntur viscera pellem.

M. Tullius de suppliciis (in Verr. II, v, 140): 'plagis confectum dico a lictoribus tuis civem Romanum ante oculos || tuos concidisse'. || Plagae vulnera. Vergilius lib. XII (299):

et venienti Ebyso plagamque ferenti
occupat os flammis.

idem [in] Georg. lib. III (226):

multa gemens ignominiam plagasque superbi
victoris.

26—28 Pull.—nasc.; 31—32 M. Tull. in hac—sedere; 35 Plag. s. vulnera vel verbera.

---

26 in *om.* A^A || 29 Titus (*praec.* -tum) *del. Mu.* || 30 propure am. LA^A: purpurea am. B^A || 32 o. maiorem p. *Cic.* || tunicam L^1A^A || c. t. pulla sed. sol. et pallio *codd. Cic.* || 33 nitidiae foebi L^1: nitide foebi A^AB^A: *corr. Turneb. Advers. XXIX, 28* || puella A^A || 34 m. amicti *Palmerius*: modestiam intus *Oehler.* || 35 Plagas s. L^1A^A || III || 38—1 *cf. 268. 25* || 39 civem Rom.] P. R. (*pro* C. R., *ut in 268. 26*) || 2—4 *cf. 355. 7* || 5 in *om.* B^A.

M. Tullius de suppliciis (in Verr. II, v, 119): 'atque etiam ipsi adulescentes cum Sextio de plaga et de uno illo ictu loquebantur'. || Plaga, spatium inmensum. Vergilius Aen. lib. I (394):

aetheria quos lapsa plaga Iovis ales aperto
turbabat caelo.

Varro Lege Maenia (233):

nos ádmirantes, quód sereno lúmine
tonuísset, oculis caéli rimarí plagas.

|| Plagae sunt et in retibus quibus capta inplicantur. Vergilius Aen. lib. IV (131):

retia rara, plagae.

M. Tullius de Officiis lib. III (68): 'suntne igitur insidiae tendere plagas, etiamsi excitaturus non sis?'
PVTARE, colligere, conferre. Plautus in Aulularia (527):

itúr, putatur rátio cum argentário.

|| Putare dicitur purgare, rarefacere. Vergilius [in] Georgicon lib. II (407):

finxitque putando.

---

10 Plag. sp. inm.; 16 Plag. etiam s. et—inpl.; 19—20 M. Tull. insidias t. plagis; 21 Put. coll. conf.; 23 Put. etiam purg.; 25 Virg. finx. putando.

---

9 ip. eti. *codd. Cic.* || 10 ictulo (*om.* loq.) A^A || Plagas sp. $L^1 A^A$ || 13—15 *cf. 382. 14* (*s. v.* rimari) || 13—14 legemaeniados adminianos (B^A *cum E*: adminiandos A^A: admaeniandos *L*) admirantes *codd. h. l.*: lege minia (menia) admirantes *codd. 382* || 14 lumine *codd. 382*: ut inde *codd. h. l.* || 15 tonuisset *Iun.*: tenuisset *codd. h. l.*: comuisset *codd. 382* || caeci *codd. h. l.* || 17—18 *cf. 378. 4* || 19 IIII $L A^A$ || 20 insidias D^A || plagis || 22 itur] tur (cur B^A) || 23 in *add. L*: *om. rell.* (*cum E*) || 24—25 *cf. 308. 24; 462. 5* || 25 fingitque *Verg.* (*cum codd. 308, 462*).

|| **Putare**, aptare. Titinius Fullonibus (23):

da pénsam lanam; quí non reddet témperi
putátam recte, fácito ut multetúr malo.

|| **Putare**, animo disputare. Vergilius [in] Aen. lib. VI (332):

multa putans sortemque animo miseratus iniquam.

Ennius Thyeste (297):

ibi quíd agat, secum cógitat, curát, putat.

Caecilius Exsule (41):

non haec putas, non haec in corde versantur tibi?

Plautus in Amphitryone (592):

quo íd, malum, pactó potest nam? mécum argumentís puta.

|| **Putare**, aestimare. Terentius in Andria (141):

recté putas.

M. Tullius in Epistulis ad Caesarem lib. I (6): 'quod sapientis homines ac boni putant'. — Lucilius lib. XXIX (71):

pérge, amabo; ac sí potes, face dígnam me ut vobís putem. ||

PIARE dicitur impiare, contaminare. Vergilius lib. VI (569):

distulit in seram conmissa piacula mortem.

|| **Piare**, expiare, purefacere. Vergilius lib. VI (153):

duc nigras pecudes. ea prima piacula sunto.

---

37 Put. aest.; 1—3 Pi.—purefacere.

---

26 apertare *L*[1] || 27 adpensam *Madv. Adv. Crit. II, 664*: date p. *Iun.* || quae *Bergk.* || tempori || 28 putam *A*[A] || facite: *corr. Both.* || miletur *A*[A]: mulcetur *vir doct. ap. Me.* || male *Mu.* || 29 animo *secl. Mu.* || in *om. B*[A] || III *A*[A] (*non B*) || 30 multa ut p. *L* || iniqua *L* || 32 cogitet *L B*[A] || curat *Studemund.*: parat || 34 tibi] ti: (*corr. Cant.*[2]) || 36 potes *codd. Pl.* || meum || -tus *A*[A] || putat *A*[A]: putet *L B*[A] || 39 -larum *Mu.* || II *L* (*cum H*[2] *ut vid.*) || 40 *vel* -tes || *vel* -inis || 41 ambo *A*[A] || potest *E B* || 1 imp. *om. D*[A] || 1—2 *cf. 284. 11.*

|| Piare, condere, consecrare. Vergilius lib. VI (379):
prodigiis acti caelestibus ossa piabunt.

PASSVM, perpessum. Vergilius Aen. lib. I (199):
o passi graviora!

|| Passum dicitur genus liquoris, quod ex uva passa cogitur. Vergilius in Georg. lib. II (93):
et passo sithia utilior.

|| Passum, dispersum, solutum. Vergilius Aen. lib. I (480):
crinibus Iliades passis.

Terentius in Phormione (106):
capíllus passus, núdus pes, ipsa hórrida.

Caecilius Synaristosis (197):
heri véro prospexísse *se* eum *ex tégulis;*
haec núntiasse et flámmeum expassúm domi.

|| Passum, extensum, patens: unde et passus dicimus, quod gressibus mutuis pedes patescunt. Ennius Annalium lib. X (364):

aegro corde, comis ....
passis late palmis "pater" ....

passis ait palmis patentibus et extensis. Naevius Iphigenia (16):
pásso velo vícinum aquilone † hortum fér foras.

5—10 Pi.—cog.; 12 Pass.—sol.; 15 Ter. cap.—horrida; 19—20 Pass.—patescunt.

5—6 *cf. 243. 36; 436. 5* || 11 et passus sit iautilior L^1: et passus sit lautilior A^A L^2 (*non B*) || 12 dispessum *Mu.* || 14—15 *cf. 198. 17* || 17 se eum *Mu.*: eum (*praec.* -se): eum se *codd. Gell. XVI, 15* || 17—18 ex teg.—flammeum *Gell.*: *om.* (*propter homoeotel.*) || 18 haec nuntiasset *codd. Gell.*: ecnuntiasse et *Ribb.*, *Hertz.* || *post hunc v. stant vv. 25—28* || 20 patescant (?) *Mu.* || 23 pass.—ext. *secl. Mu.* || ait] late (*Gen.*[1]) *vel* aut (*B*) A^A || 24 velo *Iun.*: vel hoc || p. v. v. aquilonei hanc in portum *Mu.*: p. v. hinc i nunc, aquilo, Orestem e portu *Havet.*

PARCERE est veniam dare. Vergilius lib. VI (853):
parcere subiectis et debellare superbos.
Lucilius lib. XXX (123):
quanti vos faciant, sociis cum parcere possint.

|| Parcere, servare. Vergilius lib. X (531):
argenti atque auri memoras quae multa talenta,
natis parce tuis.
Lucilius lib. XXVII (31):
párcat illi málu', cui possit, cuí fidem esse † eximent.

PAX significantiam habet notam. Vergilius lib. VII (266):
pars mihi pacis erit dextram tetigisse tyranni.

|| Pax, venia. Vergilius in Aen. lib. III (261):
sed votis precibusque iubent exposcere pacem.

|| Pax, || propitiatio. Vergilius Aen. lib. III (370):
exorat pacem divûm.

PRAESTARE, facere. M. Tullius de Officiis lib. III (66): 'emptorem indemnem damno praestari oportere'. || Praestare dicitur consuetudine beneficium dare [M. Tullius]. || Praestare, exhibere. M. Tullius ad Caesarem iuniorem lib. I (fr. 11): 'tu si meam fidem praestiteris, quod confido te esse facturum'. — et de Officiis lib. III (65): 'nam cum ex duodecim *tabulis satis esset ea praestari quae essent* lingua nuncupata'. || Praestare, antecellere. Vergilius lib. XII (19):
o praestans animi iuvenis!

34—35 Pax—tyr.; 1—3 Pax—fac.; 6 vel exhib.; 9—10 Praest.—iuvenis.

25—28 *cf. ad v. 18* || **28** socii: *corr. I. Dousa* || conparcere (comp.): (*corr. B*) || **31** tus A^A: lus L^1 || **33** maius $L\ B^A$ || cui prosit *Mu.* || esse existimet *Mu.* || **36—37** *cf. 324. 8* || **1—2** *cf. 460. 14* || **3** VI A^A || **4—5** ind. damno dare. M. Tullius. Praestare dic. cons. benef. praest. op. A^A || Praest. dic.—ben. dare *ante v. 3 colloc. Mu.* || **5** M. Tullius *secl. Mu.* || **8—9** tab.—quae ess. *om.*

Sallustius in Catilinae Bello (1, 1): 'omnis homines qui sese student praestare'. — Terentius Phormione (790):

. . . . . vír viro quid praéstat? . . . .

M. Tullius in Verrem, Siciliensi (II, II, 191): 'nimirum illi non ingenio solum his patronis, sed fortuna etiam praestiterunt'. — Lucilius lib. XXVII (XXVIII, 53):

si facie facies praestat, si corpore corpus.

M. Tullius de Officiis lib. II (5): 'quid enim est, per deos inmortalis! optabilius sapientia? quid praestabilius?' — et in Hortensio (66): 'itaque nec in philosophia cuiquam cessit et vitae gravitate praestitit'. — Varro Quinquatrubus (444): 'an hoc praestat Herophilus Diogenem?' || Praestat, utile est. Vergilius Aen. lib. III (429):

praestat Trinacrii metas lustrare Pachyni.

Lucilius lib. XXX (36):

uti pecudem te asinumque ut denique nasci
praestiterit.

M. Tullius de Senectute (33): 'ne vos quidem Titi Ponti centurionis viris habetis: num idcirco est ille praestantior?'

PIVM dicitur misericors, religiosum. Vergilius Georg. lib. III (513):

di meliora piis!

13—16 Ter. vir viro—praest.; 22—23 Praest.—Pach.; 29 Pium d. religiosum.

---

16 XVII *Quich.* || 17 si facie facies *E*: si facies *rell.* || 19—20 praestantius *codd. Cic.* || 21 *cf. 69. 14* || 21—22 herofilius *codd. utrobique*: *corr. Iun.* || 22 diogene *codd. h. l.*: diogenis *codd. 69*: *correxi* (*Class. Rev. XVI, 50*) || utilius *Quich.*, *Mu.* || est B^A D^A (*cum B*): esse L^1 A^A || 23 trinacri L^1 A^A: trinacria *rell.* || 25 te *Iun.*: tu || denique *Ald.*: dentique || 28 ponticem (-tificem A^A) turini (ponti centurionis H^3) || viri A^A: viri *ex* vi *L*: vires B^A || 29 misericors *E*: *om. rell.* || in bucolicis libro III (IIII A^A) *L* A^A || in Bucolicis (I, 70) * * * * idem Georg. lib. III *Mu.*

|| Pium, castum. Vergilius lib. VI (662):

quique pii vates.

PRAECIPERE est iubere vel monere. Vergilius || lib. XI (328):

ipsi numerumque modumque carinis
praecipiant.

et lib. IX (40):

namque ita discedens praeceperat optimus armis
Aeneas.

Terentius in Adelphis (433):

nam quid tu híc agas,
ubi, síquid bene praccípias, nemo ɔbtémperet?

Lucilius lib. XXVI (8):

pórro amici est béne praecipere, Túsci bene praedícere.

M. Tullius de Officiis lib. III (13): 'nec omnino quicquam de eo genere praecipiendum fuisse'. — et in Hortensio (41): 'praecipiunt haec isti, set facit nemo'. || Praecipere, praevenire. Vergilius lib. XI (491):

exultatque animis et spe iam praecipit hostem.

et lib. VI (105):

omnia praecepi atque animo mecum ante peregi.

PVLSATVM significat percussum. Vergilius lib. VI (609):

pulsatusve parens aut fraus innexa clienti.

---

31 vel cast.; 18 Puls. s. percussum.

---

2 ipse A^A (*non B*) || 5 praeciperat $L^1 A^A$ || 8 namque tu A^A || 9 nemo] neme A^A || 11 Tusci b. pr. *Me.*: tueri bene praedicare || 13 deo gere A^A (*pro* gēre, *i. e.* genere) || de eo gen. quicq. *codd. Cic.* || fuisse. et *Me.*: fuisset || 14 istis et || 15 spetam $L A^A$ *ut vid.* (petam *Gen.*[1]) || 17 praecipiatque $L^1 A^A$.

M. Tullius de suppliciis (in Verr. II, v, 142): 'lictores circumsistunt valentissimi et ad pulsandos verberandosque homines exercitatissimi'. || Pulsatum, violatum. Vergilius lib. XII (286):

pulsatos referens infecto foedere divos.

PRODVCERE dicitur longius ducere. Vergilius Aen. lib. II (637):

abnegat excisa vitam producere Troia.

Lucilius lib. XXIX (60):

TANDEM significat vix; ut apud Ciceronem (Catil. II, 1): 'tandem aliquando, Quirites'. — Vergilius in Aen. lib. III (278):

ergo insperata tandem tellure potiti.

|| Tandem significat || et tamen. Titinius [in] Gemina (58):

sín forma odiosá sum tandem, ut móribus placeám viro.

22 Subn. subd.; 28—30 Subn.—ineunt; 32—33 Tand.—Quir.; 1 Tand.—tam.

21 dum *secl. Mu.*: domum *Roeper.* || 22—25 [lib.—Aen.] *om. Gen.*^{1} (*cf. praef. p. XXXIX*) || 22—24 *cf. 407. 14; 458. 28; 297. 12; 391. 2* || 22 in *om.* LB^A || II $A^A L^2$ || 25 in *om.* $B^A E$ || 26 mitram || 27 portitur $L^1 A^A$ || 28 hoc—nix. *om.* L^1 || Q. Claudius *Gell. XVII, 2* || 29 ea dum fiunt *codd. Gell.*: ea LB^A: e A^A: et D^A: *fort.* interea (*praec.* I) || 30 et v. c. c. in. *om. codd. Gell.* || ex victoria inerti: *corr. Gul. Canterus* || 31 *om.* A^A || 33 in *om.* E || I LA^A || 1 atinius A^A || in *om.* A^A || 2 sin foma A^A: si in fonia L: symfonia B^A: *corr. Lips.*

TAMEN ipsum significat statim. Plautus Rudente (533):

utinam fortunam nunc anatinam uterer!
cum exissem ex aqua, arerem tamen.

Vergilius in Bucolicis (IX, 62):

hic haedos depone: tamen veniemus in urbem.

|| Tamen significat tandem. Pacuvius Periboea (293):

tamen obfirmato animo mitescit metus.

Sallustius Historiarum lib. III (54): 'nam qui enare conati fuerant, icti saepe fragmentis navium aut adflicti alveis undarum vi mulcato foede corpore postremum interiere tamen'.

TOGA dicta est a tegendo. et est toga, sicut in consuetudine habetur, vestimentum quo in foro amicimur, cuius et Cicero meminit in Catilinam (II, 22): 'velis amictos, non togis'. — Titinius Fullonibus (24):

quaé inter decem annós nequisti únam togam detéxere.

|| Dicitur et tectum. Titinius Gemina (43):

. sí rus cum scortó constituit íre, clavis ílico
abstrúdi iubeo rústicae togái ne sit cópia;

id est, tecti.

---

3 Tam.—statim; 13—14 Toga—amicimur; 15—17 Cic. velis—detexere.

---

3 ipsum *del.* (?) *Mu.* || i. saepe (se-) si. D^A || 4 fortuna *codd. Pl.* || anutinam (can. A^A): anatina (-net-) *codd. Pl.* || 4—5 uterer ut c. *codd. Pl.*: terent c. || rerem (*praec.* a) || 9 tamenn' *Mu.* || 11 frumentis: *corr. Me.* || ut A^A || 12 alveis *Me.*: asuis: alveos *Arusianus gr. lat. VII, 456* || vim m. $L B^A$ || fide $L A^A$ || *vv. 12* (-mum int.)—*p. 409. 15* (nascitur) *stant post p. 3 v. 13* (Pausimacho), *transposito folio archetypi. Per hunc locum igitur testimonium horum codicum citamus*: $L B^A C^A D^A$ (*cf. Praef. pp. XXI sqq.*) || postre(mum) *in* postremo *correxit* B^A (*cum L ex corr.*) || intereni L^1: interent (iterent *G*) *rell.* (*i. e.* in Terent. ?): interibant *codd. Arusian.*: *corr. Me.*: intereunt *Mu.* (?) || 13 foga L^1 || id est [toga] s. (?) *Mu.* || 17 quae *om.* D^A || i. d. q. a. *Mu.* || nequivisti D^A || 18 Toga dic. *Quich.* || tictum *L*: tactum (*Paris. 7666*) *an* tinctum (*Bamb.*) *incert.* C^A || 19 si tus C^A || 20 togae || togae ne rust. *Mu.* || copia *om.* C^A.

TOLLERE, occidere. Lucilius lib. XXVI (XXVIII, 40):

at cuí? quem febris úna atque una ἀπεψία,
vini, ínquam, cyathus únus potuit tóllere.

|| Tollere, mittere. Vergilius Aen. lib. II (222):

clamores simul horrendos ad sidera tollit.

|| Tollere, transferre. Vergilius Aen. lib. II (131):

unius in miseri exitium conversa tulere.

|| Tollere, inferre. Vergilius in Georg. lib. III (421):

tollentemque minas et sibila colla tumentem
deice.

|| Tollere est elevare. Vergilius Aen. lib. I (66) et lib. XII (X, 892):

et mulcere dedit fluctus et tollere vento.

[item in X]:

tollit se adrectum quadrupes.

M. Tullius Philippicarum lib. XI (24): 'vel in caelum || vos, si fieri poterit, umeris nostris tollemus'. — Lucilius lib. XXVIII (61):

tanti se emporiis montes εἰς αἰθέρα tollent.

M. Tullius [in] Hortensio (62): 'nihil tamen esse, in quo se animus excellens tolleret'. || Tollere, ostendere, erigere, extollere. Vergilius [in] Aen. lib. I (314):

cui mater media sese tulit obvia silva.

25—26 Toll.—toll.; 29—33 Toll. transferre et inf.—vento.

---

22 occidere *man. rec. in F*: hoc cid *L C^A*: occidi *B^A* || XXVIII *Mu.* || 23 *vix* atque quem u. || απεψα *L*¹ || 24 vini quem (?) *Mu.* || cyathus *man. rec. in F*: hiatrus || 25 emittere *Mu.* || 31 deice *om. D^A* || 32 el., erigere, extollere *Quich.* (*cf. ad 407. 5*) et lib. XII (114? 904?) *post v. 33 colloc. Mu.* || 33 *cf. 415. 13* || 34 item in X *C^A*: *om. L*¹ *B^A* (*cum Turic.*) || 35 *cf. 29. 15* || 1 potuerit *B^A* (*cum aliquot codd. Cic.*) || 2 emp. *Palmerius*: temporis || eis aetera *Vahlen.*: et faetera || 3 in *om. L*¹ || 4 tolleret *Mu.*: tollere (*seq.* t) || 5 erig. ext. *post v. 32* elev. *colloc. Quich.* || et tollere *L*¹ || in *C^A*: *om. L*¹ *B^A*.

idem lib. VII (117):

laborum
prima tulit finem.

|| **Tollere**, occidere. Varro Sexagesi (496): 'nunc quis patrem decem annorum natus non modo aufert, set tollit, nisi veneno?' || **Tollere** est et differre. Plautus Poenulo (500):

omnís extollo ex hóc die in aliúm diem.

|| **Tollere**, pati, sustinere. Vergilius in Aen. lib. III (326):

iuvenemque superbum
servitio enixae tulimus.

et lib. XII (371):

non tulit instantem Phegeus animisque frementem.

Terentius [in] Phormione (520):

égo te conplurés advorsum ingénium meum mensés tuli.

M. Tullius in Verrem, Divinatione (4): 'tuli graviter et acerbe, iudices'. — idem de Officiis lib. II (28): 'nisi enim multorum inpunita scelera tulissem'.

TENACIA est perseverantia et duritia. Ennius Hectoris Lytris (156):

†·ducet quadrupedum iugo invitam doma infrena
et iuge valida quorum tenacia infrenari minis. †

12—16 Toll. est diff.—tul.; 24 Ten.—dur.

10—12 *cf. 422. 20* (*s. v.* tollere et auferre) || **10** nunc quis *codd. 422*: nunquis (numquis C^A) || **11** aufert *codd. 422*: fert *h. l.* || sel t. L^1: seu t. B^A || **14—16** *cf. 297. 12; 405. 23; 458. 28* || **23** inpunitates scelerum (-ra $L^1 C^A$) || tulissemus *Cic.* || **26** ten.] frenatia C^A || **25—26** ducít quadrupedum vím, iugo invitám domat, | infréna et valida quórum nimi' tenácia *Bue.*: *fort.* docét quadrupedem, vím iugo invitám domat, | infréna et iuge válida quoius tenácia infrenást nimis (*trim. cum tetram.*) *vel* aúget quadrupedém iugo, | ínvitam dominát feram | ét iuge validám boum | tenáciam scit ínfrenare máchinis (*ad exemplum Soph. Ant. 351*).

‖ Tenacia, parsimonia. Afranius Privigno (252):

vixísti tristis, dúrus, difficilís, tenax.

TEMPESTAS est turbo ventorum. Vergilius in Georg. lib. I (311):

quid tempestates autumni et sidera dicam?

‖ Tempestas, tempus. Sallustius in Iugurtha (8, 1): 'ea tempestate in exercitu nostro fuere conplures novi atque nobiles'. — Lucilius lib. XXVII (7):

iám qua tempestáte vivo, chrésin ad me récipio.

Pacuvius Teucro (319):

quam té post multis túeor tempestátibus!

M. Tullius de Senectute (33): 'cursus est ‖ certus aetatis et una via naturae eaque simplex; suaque cuique parti aetatis tempestivitas est data'. — Varro Endymionibus (103): 'dum sermone cenulam variamus, interea «tonuit bene tempestate serena»'.

TREPIDARE, metuere. Vergilius lib. IX (418):

dum trepidant, ít hasta Tago per tempus utrumque.

idem lib. VIII (246):

trepident inmisso lumine Manes.

Lucilius lib. XXX (64):

sed quid ego haec animo trepidantei dicta profundo?

‖ Trepidare, festinare. Vergilius lib. IX (114):

ne trepidate meas, Teucri, defendere navis.

et Georg. lib. IV (73):

tunc trepidae inter se coeunt pinnisque coruscant.

27—33 Ten.—nobiles.

---

28 uixistis $L^1 C^A$ *ut vid.* ‖ 34 chresin *Lachm.*: certe sine ‖ 35—36 *cf. 414. 3* (*s. v.* tueri) ‖ 36 tueor *codd. 414*: ebeor *codd. h. l.* ‖ 2 naturae quae simplex $L C^A$ ‖ sua cuique $L C^A$ ‖ 3 partis aetatis $L C^A$: parcitatis B^A ‖ 8 VIIII $L B^A$ ‖ 11 ahaec (*supra* a *prius et infra rasura*) L ‖ trepidante (-ti H^2) ‖ 15 pennisque $B^A C^A$.

TANGERE, ferire, commovere. Vergilius lib. IX (138):

nec solos tangit Atridas
iste dolor.

idem lib. XII (932):

miseri te siqua parentis
tangere cura potest, oro.

M. Tullius in Frumentaria Verrinarum (II, III, 65): 'numquam tuum animum cura tuarum fortunarum cogitatioque tangeret'. — Lucretius (II, 651):

nec bene promeritis capitur neque tangitur ira.

|| Tangere est contingere. Lucretius lib. I (304):

tangere enim et tangi nisi corpus nulla potest res.

Terentius in Adelphis (157):

. . . . númquam, dum ego adero, híc te tanget.

|| Tangere, inspicere. Lucilius lib. XXVI (12):

néquam priu' quam vénas hominis tétigit ac praecórdia.

|| Tangere etiam circumvenire. Turpilius Demetrio (35):

at étiam ineptus méu' mihi est iratús pater,
quia sé talento argénti tetigi véteri exemplo amántium.

idem Leucadia (129):

hoc quaero: ignóscere
istíc solentne eás minoris nóxias,
erúm si forte, quasi alias, res vini † cavo?

16—18 Tang.—dol.; 25—26 Tang.—res; 31 Tang. e. circ.

---

16 commore L^1 || **22** in Verrem Frum. *Mu.* || **23** ut n. *Cic.*: nuncquam $L^1 C^A$ || tuum a. *Me.*: tua me: a. tuum *codd. Cic.* || **24** *cf. 252. 39* || **28** hoc *L* || **29** XXVII C^A || **30** nunquam *Gerlach.* || **33** amanti: *corr. Carrio* || **36** solentneas || noxas L^1 || solentne cis m. n. *Gulielm.*: solentne has quasi (*cf. v. 37*) m. n. *Mu.* || **37** res *secl. Ribb.*[2] || galiola (*Ribb.*[1]) vini tago (*Cuiacius*) *Mu.* || e. s. f., quasi alias res <egerim, | Inter promendum tetigero> vini cado *Leo Anal. Plaut. II, 8*: *fort.* e. s. f., quasi alias (*vix* quisquiliaris) vini cado | <tangam> (*Amer. Journ. Phil. XXII, 38*).

Lucilius lib. XXX (127):

et Musconi' manum perscribere posse tagacem.

Pomponius Aleonibus (7):

át ego rusticátim || tangam; úrbanatim néscio.

|| Tangere, contingere. M. Tullius in Verrem actione II (I, 27): 'Verres simul ac tetigit provinciam'.

Vergilius lib. IX (135):

sat fatis Venerique datum, tetigere quod arva
fertilis Ausoniae Troes.

TRISTE, crudele, inmite. Vergilius Aen. lib. II (548):

illi mea tristia facta
degeneremque Neoptolemum narrare memento.

Lucilius lib. XXX (29):

idque tuis saevis factis et tristibu' dictis.

|| Triste est maestum aut infestum. Vergilius in Bucolicis (X, 31):

tristis at ille: tamen cantabitis, Arcades, inquit.

idem Georg. lib. III (278):

aut unde nigerrimus Auster
nascitur et pluvio contristat frigore caelum.

idem in Bucolicis (III, 80):

triste lupus stabulis, maturis frugibus imbres.

1—3 Lucilius at ego—prov.

---

39 Mutonis (mut.) *Festus 359, Paul. 358* (*s. v.* tagax) || manum *Fest., Paul.*: manu || posset agacem L^1: posset aiacem $B^A C^A$ || 40—1 *cf. 166. 27* (*s. v.* rusticatim) || 40 Pomponium || 1 t. nam u. *Guietus* || 2 contingere $B^A C^A$: *om.* L^1: attingere *Quich.* || 3 ac *om.* L^1 || 7 illic L^1 || tristitia L^1 || 8 degenerem (*om.* que) C^A || 9—10 *cf. 388. 29* (*s. v.* saevum, durum) || 10 itaque *codd. h. l.* || suis s. C^A || factis s. *codd. 388* || 15 (*cf. ad 406. 12*) || 16—17 *cf. 349. 11.*

Terentius in Andria (403):

cave ne te tristem sentiat.

M. Tullius in Hortensio (90): 'aliud ex silvis severum et triste'. || Triste, severum. [C.] Afranius Privigno:

* * *

M. Tullius de Officiis lib. I (108): 'at in eius familiari Scipione ambitio *maior, vita tristior'*. — Terentius *Andria* (857):

trístis veritás inest in vúltu atque in verbís fides.

|| Triste, amarum. Vergilius Georg. lib. I (75):

tristisque lupini
sustuleris fragilis calamos.

|| Triste, minax. Vergilius Aen. lib. II (115):

isque adytis haec tristia dicta reportat.

|| Triste, grave. M. Tullius de Republica lib. VI (2): 'cui numero optumatum et principum optulit is vocis et gravitatis suae † linquit illum tristem et plenum dignitatis sonum'. || Triste, difficile. M. Tullius de Senectute (67): 'facilius in morbos incidunt [adulescentes], gravius

---

21 Tri. sev.; 26—28 Tri.—cal.; 34—36 Tri.—cur.

---

19 te *om.* A^A || c. te esse tr. s. *codd. Ter.* || 20 *cf. 390. 17* || exiluis(se) A^A || sev. et triste *codd. 390*: severe tristes (-tis) *codd. h. l.* || 21 C. (*corruptelae signum?*) *del. Iun.* || 22 *vel* non ego te novi tristem, saevum, serium? (*cf. 33. 30*) *vel* vixisti tristis, durus, difficilis, tenax (*cf. 407. 28*) *suppl. Me.* || 23 M. Tull. *add. Iun.* || adin A^A: adein L^1: ac dein B^A || familiaris (*seq.* s) || 24 scipionem A^A || m. v. tr. *om.* || Andria *add. Quich.* || 25 tristis *om.* || severitas *codd. Ter., fort. etiam archetyp. cod. Nonii* || 27 tristis (*om.* que) $A^A D^A$ || 28 *cf. 404. 29* || 29 in Aen. *L* || 30 tristitia A^A (*non B*) || 32 qui numero (q. inumero L^1) || optimatam (*Gen.*) *vel* -tum (*B*) A^A || principium $L^1 A^A$ || optudit *Halm.* || his *ed. a. 1471* || vocibus $L B^A$ || 33 g. s. testem lin. (relin.?) *Mu.* || (liquit *B*): *fort.* liquidum || 34—35 *cf. 315. 2* || 35 adul. *om.* $L A^A D^A$.

aegrotant, tristius curantur'. || Triste, nigrum. Vergilius Georg. lib. III (448):

aut tonsum tristi contingunt corpus amurca.

|| Tristis, iratus. Afranius Epistula (120):

"iactábit sese." — "iáctet." — || "mihi erit trístior";

id est, iratior. — idem in eadem (121):

id ést, natura trístiori paúlulo.

|| Tristis, doctus. Varro Trihodite Tripylio, περὶ ἀρετῆς κτήσεως (558):

illud vero quodam † meae
ut égo non metuam fúlmen, non arúspicem
tristem, simul ac dici † non quaero.

Lucilius lib. XXVIII (12):

adde eódem tristis ác severos phílosophus.

TRAHERE, per terram ducere. Vergilius in Aen. lib. I (477):

lora tenens tamen; huic cervixque trahuntur
per terram.

|| Trahere est rursus levare. M. Tullius de Deorum Natura lib. II (25): 'et recenti fossione terram fumare calentem atque etiam ex puteis iugibus aquam calidam trahi'. — Plautus Amphitryone (673):

ní ego illi puteó, si occepso, ánimam omnem íntertraxero.

---

39 Tri. ir.; 1—2 Afran. mihi—ir.; 10 Trah.—duc.; 13—15 Trah.—trahi.

---

1 iactavit: *corr. Passerat* || iactat L^1 || (tristitior *Gen.*[1]) || 2 id est irat. *del.* (?) *Mu.* || 3 idem nat. *vulgo* || (tristitiori paulato *Gen.*[1]) || 5 quondam B^A (*cum B*) || quod animae meae insidet *Vahlen.*: *fort.* quod animi mei est || 6 fulmem L^1: pamem A^A || 7 non *om.* A^A || s. a. Glycerion q. *Madv. Adv.* II, 665: *fort.* s. atque dixi n. queror || 9 severus || *vel* -phos || 10 per ter. *secl. Mu.* || 13 rursum $A^A C^A$ || 14 et regem qui f. || 15 trahit || 15—16 *cf. 148. 7; 233. 15* || 16 ni *om.* (*praec.* ne).

TARDVM significat pigrum, lentum. Vergilius Georg. lib. I (273):

saepe oleo tardi costas agitator aselli.

Terentius Eunucho (1079):

fátuus est, insúlsus, tardus.

|| Tardum, diuturnum, perseverantem. Vergilius Georg. lib. II (126):

Media fert tristis sucos tardumque saporem.

TENDERE, inhabitare, tabernacula et hospitia ponere. Vergilius Aen. lib. II (29):

hic Dolopum manus, hic saevus tendebat Achilles.

|| Tendere, insidiari, decipere: dictum a tendicula. Terentius Phormione (330):

. . quia non réte accipitri ténditur neque míluo.

|| Tendere est proprie laxitatem distendere et sine rugis facere. Vergilius in Aen. lib. III (268):

tendunt vela noti.

idem lib. VI (314):

tendebantque manus ripae ulterioris amore.

|| Tendere est dirigere. Vergilius in Aen. lib. I (204):

per tot discrimina rerum
tendimus in Latium.

idem lib. II (405):

ad caelum tendens || ardentia lumina.

23—31 Tend. dicitur inh.—noti; 34—36 Tend.—Lat.

---

17 Georg. *om.* (*add. B*) (*praec.* uerg.) || 18 agitator] igitur *A*[A] (*non B*) || 20 fatus *L*[1]*A*[A] || 21—22 *cf. 345. 14* || 22 fer tr. *LA*[A] || 26 decerpere *A*[A] || 27 in Ph. *B*[A] || 28 recte || 29 laxitate *Mu.* || 30—31 *cf. 307. 40* || 34—36 *cf. 282. 17.*

411 M.

Lucretius lib. I (66):

primum Graius homo mortalis tendere contra
est oculos ausus.

|| Tendere, contendere. Vergilius in Aen. lib. II (220):

ille simul manibus tendit divellere nodos.

idem lib. V (154):

aequo discrimine Pistrix
Centaurusque locum tendunt superare priorem.

TVRPE est indecorum, informe. Vergilius lib. VI (276):

et Metus et malesuada Fames ac turpis Egestas.

idem Georg. lib. III (299):

scabiemque ferat turpisque podagras.

|| Turpe, grande. Vergilius Georg. lib. III (51):

optuma torvae
forma bovis, cui turpe caput.

idem Georg. lib. IV (395):

et turpis pascit sub gurgite phocas.

TENERVM significat gracilentum. Vergilius in Georg. lib. III (326):

et ros in tenera pecori gratissimus herba.

TENVE, vehemens. Vergilius Georg. lib. II (93):

tenuisque lageos,
temtatura pedes olim vincturaque linguam.

5—6 Tend.—nod.; 10—11 Tur.—Eg.; 19—21 Ten.—herba.

---

3 graius (*B*) *vel* grauis (*Gen.*) A^A: gaius L^1: gravis B^A || 7—9 *cf. 282. 31* || 8 aeque *codd. h. l.* || 10—11 (Fam.) *cf. 349. 15* || 11 malasuada A^A || 15 scabiemq. uae (*Gen.*) *vel* optima torvae (*B*) A^A (*cf. v. 13*) || 17 Georg. *secl. Mu.* || 19 grac. * * * Verg. *Mu. post Quich.* || gracile lentum $L A^A D^A$ || 24 (victuraque *G*).

|| Tenue, infecundum. Vergilius in Georg. lib. II (180):

tenvis ubi argilla et dumosis calculus arvis.

|| Tenue, tenerum. M. Tullius de suppliciis in Verrem (II, v, 27): 'reticulumque sibi ad naris admovebat tenuissimo lino'. || Tenue, frigidum. Vergilius Georg. lib. I (92):

ne tenues pluviae rapidive potentia solis
acrior.

idem lib. III (335):

tum tenues dare rursus aquas.

|| Tenue, parvum, exiguum. M. Tullius in Hortensio (92): 'eundem non mediocri pecunia, sed etiam tenui percipere possumus'. — Vergilius lib. V (690):

et tenuis Teucrûm res eripe leto.

idem Georg. lib. I (177):

ni refugis tenuisque piget cognoscere curas.

TENET, sicuti est usu, significat conprehendit, detinet. Vergilius Georg. lib. IV (405):

verum ubi correptum || manibus vinclisque tenebis.

M. Tullius in Verrem, Divinatione (52): 'non te, sed hunc librum esse responsurum, quem monitor tuus hic tenet'. || Tenet, inhabitat, possidet. Vergilius in Georg. lib. IV (321):

quae gurgitis huius
ima tenes.

25—26 Ten.—arvis; 34—35 Ten.—poss.; 40—1 Ten.—ten.; 4—10 Ten. inh.—ora.

---

26 calculis $L^1 A^A$ || **27—28** *cf. 141. 15; 221. 34; 350. 13* || **27** in Verr. de suppl. *Mu.* || **35** non modo med. *Nobb.* || **38—39** *cf. 275. 28* || **41—1** *cf. 254. 23* || **3** huc ($H^2 P$) *vel* hoc (*G*) B^A || lib (*i. e.* liber *vel* librum) || **6** tenens *Gen.*^{2} D^A (A^A *n. l.*).

412 M.

|| **Tenet**, prohibet. Vergilius [in] Georg. lib. II (371):

texendae saepes etiam, pecus omne tenendum.

|| **Tenet**, conpescit, subprimit. Vergilius Georg. lib. IV (483):

tenuitque inhians tria Cerberus ora.

|| **Tenet**, tegit. Vergilius Georg. lib. I (115):

amnis abundans
exit et obducto late tenet omnia limo.

|| **Tenet**, dirigit. Vergilius Aen. lib. I (369):

sed vos qui tandem? quibus aut venistis ab oris
quove tenetis iter?

|| **Tenes**, intellegis dicit Terentius in Andria (349):

"íd paves, ne dúcas illam; tu aútem, ut ducas." — "rém tenes."

TREMERE dicitur conmoveri, agitari. Vergilius lib. XI (424):

cur ante tubam tremor occupat artus?

|| **Tremere**, timere. Vergilius Aen. lib. II (199):

hic aliud maius miseris multoque tremendum.

Plautus [in] Asinaria (289):

nón placet: pro mónstro extemplo est, quándo sudat quí tremit.

4—10 Ten. inh.—ora; 17 Tenet intellegit.

---

7 Verg. in] virgi *Gen.*[3] (*A*^{A} *n. l.*) || III *L Gen.*[3] (*A*^{A} *n. l.*) || 10 tenuique *L*^{1}*A*^{A} || 11 tegit] etigit *A*^{A}: tetigit *L*^{1} || 11—12 *cf. 41. 20* || 12 omnis *codd. h. l.* || 13 abducto *L A*^{A} || laete (-tae) *L*^{1}*A*^{A} || 15 qu. advenistis ob oris *L*^{1}*A*^{A} || 17 Tenes *ut vid. E*^{1}: Tenet *rell.* || intelleges *L A*^{A}: -gis *B*^{A}: -git *D*^{A} || dicit *secl. Mu.* || 18 duc. tu il. *codd. Ter.* || 20 aritus *L*^{1}*A*^{A} || 22 (*cf. Class. Rev. XVI, 50*) || miseris *ut vid. E*^{1}: miseri *L A*^{A}: miserum *B*^{A} || 23 in *om. A*^{A} || 24 exemplo || s. quid tr.: qui s. tr. *codd. Pl.*

TRAHERE consuetudine manifestam habet significantiam. [ut] Vergilius Aen. lib. II (550):

altaria ad ipsa trementem
traxit.

|| Trahere, dare. Vergilius in Aen. lib. I (508):

partibus aequabat iustis aut sorte trahebat.

TEMPTARE est exercere. Vergilius in Georg. lib. III (232):

et temptat sese atque irasci in cornua discit,
arboris obnixus trunco.

|| Temptare, experiri. Vergilius lib. VIII (143):

his fretus non legatos neque prima per artem
temtamenta tui pepigi.

|| Temptare, adgredi. Vergilius Aen. lib. II (176):

extemplo temptanda fuga canit aequora Calchas.

|| Temtare, petere [dare]. || Vergilius Aen. lib. III (145):

unde laborum
temptare auxilium iubeat.

TAETRVM, vitabile. M. Tullius de Officiis lib. III (36): 'postremo etiam in liberis civitatibus regnandi existunt cupiditatis, quibus nihil nec taetrius nec foedius excogitari potest'. || Taetrum dicitur inluviosum, faetidum. Vergilius Aen. lib. III (228):

tunc vox taetrum dira inter odorem.

31—32 Temp.—disc.; 34 Temp. exp.; 37 vel adgredi; 7 Taetr.—faet. nigrum; 8 Virg. tunc—od.

---

26 ut *om.* A^A || 29—30 (iust.) *cf.* *244. 11* || 31 exerceri: *corr. Quich.* || I LA^A || 32 corna L^1A^A || 34 VIIII A^A || 35 fretos L^1A^A || 38 aequore LA^A || 1 dare *in ras. L, suprascr. Gen.*: *seclusi*: ducere *Mu.* || 5 etiam E^1 *ut vid.* (*cum B*): eiam LA^A: hae iam B^A.

413 M.

idem lib. X (727):

lavit inproba taeter
ora cruor.

M. Tullius in Verrem, actione II (I, 62): 'quam multis istum ingenuis, quam multis matribus familias in illa taetra atque inpura legatione vim adtulisse existimatis?' — Lucilius lib. XXX (82):

quae non [spectans] spectandi studio, sed ab omini' taetri
inpulsu ingressus.

|| Taetrum, amarum. Lucretius lib. IV (11):

ac veluti pueris absinthia taetra medentes
cum dare conantur.

|| Taetrum, impium, crudele. M. Tullius de Officiis lib. III (95): 'promissum potius non faciundum quam taetrum facinus admittendum fuit'.

TORQVERE significat inflectere. Vergilius in Georg. lib. II (448):

Ityraeos taxi torquentur in arcus.

Terentius in Eunucho (670):

illúd vide, os ut síbi contorsit cárnufex!

|| Torquere, gyro celeri rotare. Vergilius [Aen.] lib. I (116):

ast illam ter fluctus ibidem
torquet agens circum.

17—24 Taetr.—arc.; 27 Tor.—rot.

9—11 *cf. 327.7; 466.22; 503.39* || **12—14** *cf. 324.10* || **13** ingeniis A^A || familiis || **14—16** *Lucilii exemplum post v. 6 collocare vult Mu.* || **15** spectans *secl. Gulielm.* || sed *Gulielm.*: se || ad L^1 || **16** ingressast *Mu.*: *vel* ingressu's || **18** (abs.)—**19** *cf. 190.25* || **20** crudelem $L^1 A^A$ || **20—22** *cf. 309.32* || **26** videos ut s. A^A (*Gen.*[1], ut *suprascr.; v*ideo ut s. *Gen.*[2] *B*): vide os s. $L B^A$ || distorsit *codd. Ter.* || **27** Aen. *om.* A^A || **28** illum B^A || **29** torqueat gens L^1: torqueat ingens $A^A B^A$: (*corr. H*[2]).

|| Torquere, iacere, mittere. Vergilius lib. V (497):
in medios telum torsisti primus Achivos.

TVERI dicitur servare, custodire. M. Tullius Epistularum ad Caesarem lib. I (4): 'ut sciret tuenda maiore cura esse quam parta sunt'. — Vergilius lib. IX (175; cf. 164, 222):
succedunt variantque vices, quod cuique tuendum est.

|| Tueri, videre. Vergilius lib. V (575):
excipiunt plausu pavidos || gaudentque tuentes
Dardanidae.

Pacuvius Teucro (319):
quam té post multis túeor tempestátibus!

TERGORA dicuntur coria. Vergilius in Aen. lib. I (211):
tergora diripiunt costis.

|| Tergora, dorsa. Vergilius lib. IX (763):
hinc raptas fugientibus ingerit hastas
in tergum.

Lucilius lib. XXIX (38):
orátionem fácere conpendí potes,
solví dum salvo in térgo et tergínó licet.

|| Tergum, scutum. Vergilius lib. IX (412):
et venit adversi in tergum Sulmonis.

idem lib. X (718):
dentibus infrendens et tergo decutit hastas.

30—32 Tor. etiam iac.—serv.; 36—7 Tu.—dorsa; 13 Terg. scu.; 16 Virg. dent.—hast.

---

32 custodire *om.* A^A || **33** scire t. maiora A^A || **34** VIII: (*corr. B*) || **35** duces: (*corr. B*) || **36** VI || **1** plauso $A^A D^A$ || **3—4** *cf. 407. 35* (*s. v.* tempestas) || **7** Terga B^A (*cum Oxon.*) || **10** XXVIIII *Mu.*: XXVIII || **11** potes *L ex corr.* (*cum* H^1): postes $L^1 A^A$: potest B^A || **12** solvi *Iun.*: salvi || salvo tergo (*om.* in) L^1 || et in tergino B^A || dum salvo tergo a tergino *Mu.* || **14** sulminus $L^1 A^A$.

414 M.

TRASMITTERE, tradere, derelinquere. Lucilius lib. XXVIII (13):

Polemónem amavit, mórte huic transmisít suam
scholén, quam dicunt.

TEMERARIVM, sicut plerumque, a temeritate. || Temerarium, metuendum et sollicitum. Plautus in Asinaria (262):

séd quid hoc, quod pícus ulmum túndit, haut temerárium est?

et in sequentibus (264):

aút mihi in mundó sunt virgae aut átriensi Saúreae.

TEGETES a tegendo. Varro de Re Rustica lib. I (22, 1): 'sic quae fiunt de cannabi, lino, iunco, palma, scirpo, ut funes, restes, tegetes; quae e fundo sumi non poterunt'.

TALEAS scissiones lignorum vel praesegmina Varro dicit de Re Rustica lib. I (nam etiamnunc rustica voce intertaliare dicitur dividere vel excidere ramum) (40, 4): 'ex utraque parte aequabiliter praecisum, quas alii clavulas, alii taleas appellant'.

INCIPIT PER V LITTERAM.

VOLARE est avium. Vergilius in Aen. lib. IV (255):

humilis volat aequora iuxta.

25—27 Teg.—teg.; 28—32 Tal.—app.; 34—4 Vol.—mag.

---

17 tradere *Iun.*: trahere || 18 Polemonem *Iun.*: polemon et $L B^A$: polemo et A^A || mortem: *corr. Lachm. comm. Lucr. 170* || 19 scolem A^A: scotlem $L B^A$ || 20 temeritatem $L^1 A^A$ || 22 almum A^A || heu *Mu.*: non *codd. Pl.* || 24 ut atr.: (*corr. B*) || 25—32 *secl. Quich.* (*sed cf. 'Non. Marc.' p. 95*) || 26 si quae $L B^A D^A$: (*corr.* H^2): si qui A^A || cannabi (*Gen.*[1]) *vel* cannabo (*Gen.*[2]: canabo *B*) A^A: cannabo D^A || scerpo $L^1 A^A$: scyrpo (syrpo) D^A || 27 quae e *cod. Varr.*: quaeque: quaeque e *Mu.* || potuerunt B^A || 30 inter talia $A^A D^A$ || diffindere (?) *Mu.* || ramumque ex $A^A D^A$ || 31 aequaliter $A^A D^A$ || clavulas] dabulas D^A || 32 appellent *L* || 33 *om.* A^A || 34—35 *cf. 321. 32* || 34 I *codd. h. l.*

|| Volare, celeriter currere. Terentius Hecyra (438):

ne frustra íllic expectét, || vola.

Vergilius lib. V (324):

ecce volat calcemque terit iam calce Diores.

VASTVM est magnum. Vergilius [in] Aen. (III, 191):

vastumque cava trabe currimus aequor.

|| Vastum, horrens et asperum. Cicero de Oratore I (115): 'ita vultu motuque corporis vasti et agrestes, ut, etiamsi ingeniis valeant atque arte, tamen in oratorum numerum venire non possint'. || Vastum, ingens. Vergilius Aen. lib. I (52):

hic vasto rex Aeolus antro.

|| Vastum, ferox. Cicero Tusculanarum *lib. V* (77): 'quae barbaria India vastior aut agrestior?'

VENTVS est flatus. Vergilius lib. I (66):

et mulcere dedit fluctus et tollere vento.

|| Ventus etiam significat odorem. Plautus Cistellaria (382):

ita mústilentus véntus naris óbtigit.

VIRTVS est fortitudo. Vergilius lib. V (455):

tunc pudor incendit vires et conscia virtus.

34—4 Vol.—mag.; 6—7 Vast.—agr.; 8—9 tamen—poss.; 11—12 Va. vel fer.—agr.; 17 Virt. e. fort.

---

1 ne me f. *codd. Ter.* || uolat D^A || **2—3** *cf. 29. 12; 257. 51* || **3** teret $L^1 A^A$ || **4** in *om.* B^A || **5** trebe $L A^A$ || curribus: (*corr. Gen.*[2] *B*) || **6** I] primo H^3: *om. rell.* (*seq.* i-) || **7** ita B^A: uta $L^1 A^A$: aut ita *Cic.* || **8** ingentis $L^1 A^A$ || atq. ar. val. *codd. Cic.* || **9** possunt $L A^A D^A$ || **11** lib. V *add. Mu.* (*seq.* qu-): primo H^3 (*pro* I, *i. e.* libro ?) || **13** plautus $L^1 A^A$ || **13—14** *cf. 406. 32* || **15—16** *cf. 63. 28* (*s. v.* mustulentum), *ubi codd.* nam i. m. aestus n. adtigit.

|| Virtus etiam significat auxilium. Plautus in Milite (676):

déûm virtute est, te únde hospitio accípiam . . . . .

|| Virtus rursum meritum est et dignitas. Plautus in Milite (728):

quaé [in]proba est mers, prétium ei statuis, pró virtute ut véneat.

VESCI est edere. Vergilius lib. VIII (182):

vescitur Aeneas simul et Troiana iuventus.

Accius Atreo (217):

ne cúm tyranno quísquam epulandi grátia
accúmbat mensam aut eándem vescatúr dapem.

|| Vesci etiam significat uti. Vergilius Aen. lib. I (546):

quem si fata virum servant, si vescitur aura
aetheria.

Lucretius lib. V (71):

quoque modo genus humanum variante loquella
coeperit inter se vesci per nomina rerum.

Pacuvius Chryse (108):

fúgimus qui arte hac || véscimur.

idem Armorum Iudicio (22):

quí viget, vescátur armis; íd percipiat praémium.

19—20 Virt.—est eundum; 21 Virt.—dignitas; 23 Ves. e. ed.; 26—33 Accius ne—rerum; 3 Pacuv. qui—arm.

---

20 te unde *M. Haupt.*: eundem (-dum D^A): tasenunde *codd. Pl.* || **21** est *om.* D^A || **22** proba *Plaut.* || eis (*seq.* s): *corr. Spengel.* || statuit *Plaut.* || veneat *Beroaldus*: neuiant: veniat *codd. Pl.* || **32** quoquo D^A: quoue *codd. Lucr.* || loquillam *L*: loqui illam A^A: loquelam B^A: loquela D^A || **33** ceperit E^1: coeperit H^3: ceperint $L B^A$: ceperat (coep.) $A^A D^A$ || **1** fugimusque *Ribb.* || haec A^A || **3** it $L^1 A^A$: ut B^A.

Novius Macco Exule (52):

cur istuc vadimonia † sum vestimentum vesceris.

Accius Armorum Iudicio (145):

sed ita Achilli armis ínclytis vescí studet,
ut [ea] cuncta opima [Achilli inclyto] levia prae illis putet.

idem Phoenissis (591):

num páriter videor pátriis vesci praémiis?

M. Tullius de Finibus Bonorum et Malorum lib. V (57): 'si gerundis negotiis orbatus possit paratissimis vesci voluptatibus'. || Vesci iterum videre. Accius Athamante (189):

priu' quam ínfans facinus óculi vescuntúr tui.

VELARE est cooperire; unde et revelare nudare dicitur. || Velare rursum ligare. Pomponius Pannuceatis (98):

núnc roges quid fíat? restis vílis est: velét gylam.

VOLA est media manus. Varro Epitaphionibus, περὶ τάφων (110): 'pleni libri, inquam, ubi maneant epitaphia eorum, quorum in sepulcris nec vola nec vestigium exstat'.

15—16 Vel.—ligare; 18 Vola—manus.

---

5 curis ist. *BA* (*i. e.* cúrris ístuc?) || uadimonia suum *BA*: (uadimoniosum *P*): vadimonio assum *Ribb.*: ad vadimonium assim *Mu.*: vadimoniorum *Bue.*: *vix* vadimoni assuam || 7 ita *Grotius*: it (*seq.* a) || arm. inclutis *Voss.*: incletis arm. || 8 ut ea c. optima Ach. incl.: *corr. Me.* || l. iam pr. i. *Hermann.*: l. pr. illius *Mu.* || 10 patris || praemis || 12 pos. orb. || 13—14 *cf. 56. 13* (*s. v.* infans) || 14 vacinus *AA* || 16 legare: *corr. DA* || 17 rogis: *corr. Quich.* || vilis *Turneb.*: biles || 18 epitafonibus *AA* || 19—20 (exstat) *vers. Sotadic. constituit Mu.* || 19 epitaphia *Bue., Mu.*: epeti *AA*: tepiti *L BA*.

416. 417 M.

idem *Ταφῇ Μενίππου* (537): 'haec Numa Pompilius fieri si videret, sciret suorum institutorum nec volam nec vestigium apparere'. || Vola rursum cavum sub planta.

VANVM, leve, inane. Vergilius Georg. lib. I (225):

sed illos
expectata seges vanis elusit aristis.

|| Vanum est mendax. Vergilius [in] Aen. lib. I (392):

ni frustra augurium vani docuere parentes.

Sallustius in Iugurtae Bello (Hist. fr. dub. 3): 'Mauri, vanum genus'. — M. Tullius de Officiis lib. I (150): 'nihil enim proficiant, nisi admodum mentiantur; nec vero est quicquam turpius vanitate'. — Cicero Tusculanarum lib. III (2): 'tum ita variis inbuimur erroribus, ut vanitati veritas et opinioni confirmatae || natura ipsa cedat'. || Vanum, insidiosum, subdolum. Vergilius Aen. lib. II (79):

nec si miserum fortuna Sinonem
finxit, vanum etiam mendacemque inproba finget.

|| Vanum, obscurum. Vergilius Aen. lib. IV (278):

et procul in tenuem ex oculis evanuit auram.

M. Tullius de Republica lib. V (2): '[ut] nostra vero aetas cum rempublicam sicut picturam accepisset egregiam, sed iam evaniscentem vetustate'.

21—24 Varro haec—inane; 27—30 Van.—gen.; 5 Van. obsc.; 7—9 M. Tull. ut—vet.

---

22 viderit sciet $L B^A$ || vola B^A || 23 Volare: *corr.* D^A (*cum B*) || cabumlum (cabulum?) L^1 || planta * * * *Mu.* || 24—26 *cf. 301. 18* || 27 in *om.* A^A || 2—4 *cf. 309. 6* || 7 ut *om. Augustin. de civ. dei II, 21* || 8 pictura: *corr.* H^3 (*cum B*).

VASTITAS significat vastationem. Accius Astyanacte (175):

te própter tot tantásque habemus vástitatis fúnerum.

|| Vastitas, desertio. Varro Prometheo Libero (426):

mortális nemo exaúdit, set late íncolens
Sacárum inhospitális campis vástitas.

Vergilius lib. IX (323):

haec ego vasta dabo et lato te limite ducam.

Cicero de Deorum Natura lib. II (99): 'qui quasi cultores terrae constituti non patiuntur eam nec inmanitate beluarum efferari nec stirpium asperitate vastari'.

VLTIMVM usu novissimum dicitur. Vergilius Aen. lib. IX (759):

ultimus ille dies bello gentique fuisset.

et M. Tullius de Senectute (48): 'magis delectatur qui in prima cavea spectat, delectatur tamen etiam qui in ultima'. || Vltimum, primum. Vergilius Aen. lib. VII (49):

tu sanguinis ultimus auctor.

M. Tullius de Officiis lib. I (56): 'ecficiturque id, quod Pythagoras ultimum in amicitia putavit, ut unus

---

20—25 Ult.—auctor.

---

11 te *add. Both.* (*praec.* -te) || havemus *Mu.* || 12 (Vastitatis *Gen.*) || 13 mortales: *corr. Scal.* || 14 satharum (-tth-): Sac. *vel* Scytharum *Iun.* || campi *Scal.* || 16 ergo $L^2 A^A$ (*non B*) || 17—19 *cf. 185. 9* || 17 quid *codd. h. l.* || 18 patitur *codd. h. l.* || 19 balbarum efferarum $L A^A$ || saltari (valtari H^2) *codd. h. l.*: vastare *codd. 185* || 22 et *del. Mu.* (*praec.* -et).

fiat ex pluribus'. — idem de Finibus Bonorum et Malorum lib. III (30): 'eorum dico qui summum bonum, quod ultimum appellavi, in animo ponerent'.

VRGVERE, insistere. Lucilius lib. XXIX (47):

caede óstium, Gnatho; úrgue. restant: périimus!

Quadrigarius || Annali lib. IV (51): 'sed circiter horas duas gravi proelio urserunt; deinde in fugam sunt coniecti'. || Vrguere est premere, cogere. Vergilius Georg. lib. III (522):

ima
solvuntur latera atque oculos stupor urguet inertis.

et (Georg. III, 222):

versaque in obnixos urguentur cornua vasto
cum gemitu.

Lucilius lib. XXIX (31):

urguét gravido saépius culpá tua.

Varro Antiquitate Rerum Humanarum (Ennius Ann. 501):

qua murum fieri voluit, urguemur in unum.

M. Tullius in Hortensio (34): 'itaque tunc Democriti manus urguebatur; est enim non magna'. || Vrguere est tegere. Vergilius Georg. lib. II (351):

qui saxo super atque ingenti pondere testae
urguerent.

29—31 M. Tull. eorum—ins.; 1—3 Quadrig. sed—cog.; 13—14 M. Tull. itaque—mag.

---

30 appellavi *scripsi*: -lauit L^1: -lant $A^A B^A$: -lo *codd. Cic.*: -lamus *Mu.* || **31—32** *cf. 272. 15* (*s. v.* caedere, frangere) || **32** perimus || **2** urguebant D^A || **7** corna $L^1 A^A$ || **11** Antiquitatum Rer. Hum. * * * qua *Mu.* || **12** urguentur *Popma.* (*sed cf. Class. Rev. XVI, 47*).

|| Vrguere, adcelerare. Vergilius lib. IX (488):

tibi quam noctes festina diesque
urguebam.

VINCERE significat superare. Vergilius Georg. lib. II (123):

ubi aera vincere summum
arboris haut ullae iactu potuere sagittae.

|| Vincere, exprimere. Vergilius Georg. lib. III (289):

nec sum animi dubius verbis ea vincere magnum
quam sit.

|| Vincere, animi conpotem fieri. Vergilius Georg. lib. III (17):

illi victor ego, Tyrio conspectus in ostro.

idem lib. VII (544):

Iunonem victrix adfatur.

VERTERE dicitur convertere, contorquere. Vergilius lib. VIII (438):

Gorgona desecto vertentem lumina collo.

|| Vertere, fallere, decipere. Vergilius Aen. lib. II (62):

seu versare dolo seu certae obcumbere morti.

|| Vertere, mutare. Vergilius Aen. lib. I (237):

quae te, genitor, sententia vertit?

---

18 Urg. accel.; 33—37 Vert.—comm.

21—23 *cf. 241. 24* || **27** animo L^1: voti *Mu.* || **28** illi *om.* A^A || ego et T. *codd. Verg.* || **30** iun. ad (at) vic. $A^A L^2$ || **31—32** *om.* A^A (*propter homoeoarch.*) || **31** VIIII || **34** do $L^1 A^A$.

418. 419 M.

|| Versat, agitat, conmovet, volvit. Vergilius Georg. lib. III (258):

quid iuvenis, magnum cui versat in ossibus ignem?

idem Aen. lib. VI (362):

nunc me fluctus habet versantque in litore venti. ||

VINDICARE est malefactum defendere. M. Tullius de Officiis lib. III (61): 'atque iste dolus malus et legibus erat vindicatus'. || Vindicare, liberare, trahere. Vergilius Aen. lib. IV (228):

Graiûmque ideo bis vindicat armis.

Cicero Academicorum lib. III (15): 'aliqua potestas sit, vindicet se in libertatem'. — M. Tullius de Senectute (55): 'et senectus est natura loquacior, ne ab omnibus eam vitiis videar vindicare'. — Varro Andabatis (34): 'et me Iuppiter Olympiae, Minerva Athenis suis mystagogis vindicassent'. — idem Epistulis Latinis: 'si te in libertatem vindicare non potes, feres fortunam'. — || Vindicare, revocare. M. Tullius ad Caesarem iuniorem lib. I (fr. 14): 'qui si nihil ad id beneficium adderes, quo per te me una cum republica in libertatem vindicassem'. || Vindicat, adsciscit, ad se trahit. M. Tullius in Hortensio (71): 'deinde imitator, ut sibi quidem videtur, naturae mos vindicat'.

33—37 Vert.—comm.; 40—3 Virg. nunc—trahere; 5—6 Cic. aliqua—lib.; 10—13 Vind.—trahit.

37—38 *cf. 285. 15* || **38** (*cf. Class. Rev. XVI, 50*) || **40** habent: (*corr. B*) || **3** V. lib., retrahere, revocare *Mu.* (*cf. ad v. 10*): lib. tr. $A^A D^A$: tr. lib. $L B^A$ || III A^A || **6** si sit *Ald.* || **8—9** sic me—vindicassint *Mu.* || **8** mystagotis || **9** latiniae (-time E^1 *ut vid.*) || **10** V. rev. *del. Mu.* (*cf. ad v. 3*) || **11** quis n. A^A || **12** vindicassent $A^A D^A$: -avissent $L B^A$: *corr. Iun., Ald.* || **14** videatur $A^A L^2$.

VSVS dicitur ab utendo. Vergilius Georg. lib. IIII (559):

nam neque erat coriis usus.

|| Vsus dicitur consuetudo. Terentius Heautontimorumeno (80):

mihi síc est usus: tíbi ut opus facto ést, face.

|| Vsus, opus. Vergilius lib. VIII (441):

arma acri faciunda viro. nunc viribus usus,
nunc manibus rapidis.

VITAM manifestum est a vivendo dictam. Sallustius in Catilinae Bello (2, 8): 'vitam sicuti peregrinantes transiere'. || Vitas, umbras. Vergilius lib. VI (292):

et ni docta comes tenuis sine corpore vitas
admoneat volitare.

VENIRE claram habet significationem. Vergilius lib. VI (687):

venisti tandem.

|| Venire, inminere. Vergilius lib. VII (470):

se satis ambobus Teucrisque venire Latinisque. ||

VERRERE est trahere. Vergilius lib. I (59):

quippe ferant rapidi secum verrantque per auras.

|| Verrere, ferire, pervertere. Vergilius in Aen. lib. III (208):

adnixi torquent spumas et caerula verrunt.

15—19 Usus—opus; 20—24 Virg. nunc—umbras; 1—4 Verr.—verr.

24—26 *cf. 466. 13* || 26 (admoueat *Gen.*) || 27 significantionem (*B*) *vel* significantiam (*Gen.*) A^A || 1—2 *cf. 302. 35* || 2 fuerant $L A^A$ || trepidi: (*corr. B*) || aures A^A || 3—4 *cf. 446. 29.*

Lucilius lib. XXVII (57):

quám non solum dévorare se ómnia ac devórrere.

|| Verrere, mundare. Titinius Gemina (36):

evérrite aedis, ábstergete aráneas.

Lucilius lib. XXVII (58):

lígnum caedat . . . . aédis verrat, vápulet.

VIA est iter. Vergilius Aen. lib. I (422):

strepitumque et strata viarum.

|| Via, ratio, causa. Vergilius lib. X (879):

haec via sola fuit, qua perdere posses.

Terentius Phormione (566):

quá via istuc fácies?

|| Via, consuetudo. Terentius Heautontimorumeno (101):

. . . sed vi et vía pervulgatá patrum:
cotídie accussábam.

VESTIGIVM dicitur pedum inpressio. Vergilius in Georg. lib. III (59):

et gradiens ima verrit vestigia cauda.

7—11 Verr.—iter; 13—14 Via—poss.; 17 Via cons.; 18—20 Ter. et via—inpr.

---

6 *fort.* at || deverrere || 7—8 *cf. 192. 9* (*s. v.* araneae) || 8 abstergite *codd. h. l.* || 9—10 *cf. 271. 29* (*s. v.* caedere, excidere) || 9 (XXVIII *G*) || 10 ve. ac vap. *codd. h. l.* || 11—12 *cf. 389. 22* || 12 et *om.* *B*[A] || 14 possis || 16 quia via.

|| Vestigium, extrema pars pedis. Vergilius lib. V (566):

vestigia primi
alba pedis frontemque ostentans arduus albam.

VOLVTARI dicitur volvi. Lucilius lib. XXX (25):

quid tu istuc curas, ubi ego oblinar atque voluter?

|| Volutare, cogitatione perquirere. Vergilius in Bucolicis (IX, 37):

id quidem ago et tacitus, Lycida, mecum ipse voluto.

Lucilius lib. XXX (32):

haec tu me insimilas? nonne ante in corde volutas?

VIS est celer impetus. Lucilius lib. XXVI (53):

út Romanus pópulus victus veí, superatus proéliis.

|| Vis, fortitudo. Vergilius Aen. lib. II (491):

instat vi patria Pyrrhus.

et (Aen. II, 452):

auxilioque levare viros vimque addere victis.

|| Vis, celeritas. Lucretius lib. III (7):

aut quidnam tremulis facere artubus haedi
consimile in cursu possint ac fortis equi vis? ||

22—28 Vest.—vol.; 31 Vis—imp.; 33—34 Vis—Pyrr.; 37—2 Vis—fer.

22—24 *cf. 464. 18* || **22** II A^A (*non B*) || **24** pedes $L^1 A^A$ || **25** Voluter $L A^A B^A$: Volutare D^A: *corr. Ald.* || **26** istunc $A^A D^A$ || **27—28** *cf. 243. 46* || **30** insimila(n)s *Mu.* || **31—32** *cf. 437. 15* (*s. v.* proelium) || **32** ut *om. codd. h. l.* (*praec.* VI) || vei *Mu.*: vel *codd. h. l.*: vi et *codd. 437* || **36** umque $L^1 A^A$ || victus $L^1 A^A$ || **37—39** *cf. 306. 8* || **38** haedi] aevi (evi) *codd. h. l.*: et *codd. 306* || **39** consimili *codd. utrobique* || ac] et *codd. 306* (*cum codd. Lucr.*) || vi *codd. h. l.*

421 M.

VIX, cum labore. Vergilius lib. V (263):

vix illam famuli Phegeus Sagarisque ferebant.

idem in Georg. lib. II (213):

vix humiles apibus casias roremque ministrat.

¦ Vix, statim. Vergilius lib. II (Aen. 323):

vix ea fatus eram, gemitu cum talia reddit.

Varro Eumenidibus (146): 'vix vulgus confluit, non Furiarum, sed puerorum atque ancillarum'.

37—2 Vis—fer.; 5—6 Vix—reddit.

1—2 *cf. 302. 18* || **2** illum (*Gen.*) *vel* illam (*B*) A^A: illum B^A || sagarusque (-iisque L^1): *corr.* E^1 (*cum B*) || **5** I A^A (III *B*) || **6** gemitum $L B^A A^A$ (*non B*) || **7—8** *cf. 153. 3* (*s. v.* pueros pro servis); *242. 29* || **8** furgarum (fugarum *ex* fugarunt *L*): *corr.* H^3.